

Oras, visiones, libri Sibyllini Saracenorum. Luitpr. l. g. b.
 Orata, α, piscis, ab auri colore nomen habens, Idem & Aurata dicitur.
 χερύφεις. GAL. Orade, ou dorade. ITAL. Orata. GERM. Ein forelen.
 HISP. Dorada pescado. ANG. Agilt head. Solent enim veteres pro au
 diphthongo, αpe o literam substituere, ut Clodius pro Claudio, &
 Codex pro caudice. Vide supra in dictione Aurata.
 Oratha, οραθα, opidum est Mesopotamiae, ad Tigrim fluvium. Stephan.
 Orbana, seu ut alij, Orbona, Deae cujusdam nomen, quae Romae ad adem
 Latium aram habuit. Autor Plin. l. 2. c. 7.
 Oratio, oratiuncula, & orator, vide Oro.
 Orbilius, ορβίλιος, Thraciae mons est in ea parte, qua Macedoniae est con
 tigua, non procul a pangaeo promontorio: a quo vicina regio Orbilia
 dicta est, ορβίλια. Vide Plin. l. 4. c. 10. & 11.
 Orbis, is, ab antiquo orbare, i. circulo describere. circulus. ὀρβίς ἄλγῃ
 ὀρβίς ἄλγῃ. GAL. Cercle, rondeau, rondeur. ITAL. Circolo, rotundità. GERM. Ein ring oder kreis. HISP. Redondeza, circulo.
 ANGL. A circle or round compass. Plin. l. 11. c. 37. Aliis glauci colo
 ris orbibus circumdatis. Ovid. 6. Metam.
 — Lanam glomerabat in orbes.
 Lucan. lib. 5. de gruibus loquens,
 Confusos temere immista glomerantur in orbes.
 Virg. 5. Aeneid.
 Inde alios ineunt cursus, aliisque recursus,
 Adversis spatius: alternosque orbibus orbes
 Impediunt.
 Cic. 3. Orat. Circuitus & quasi orbis verborum,
 Seu propior terris (Sol) altivum fertur in orbem,
 Tibul. lib. 4.
 Solus utroque idem diceris magnus in orbe.
 ibidem. Orbem alterum quaerens. (i. Britanniam.) Velleius.
 O vir non ipso quem regis orbe minor,
 Ovid. Epigramm. 3. lib. 5. Orbis caudicum (de fasce ligni.) Gell. cap.
 3. lib. 5.
 Nunc pila, nunc celevi utitur orbe trochus,
 Ovid. Eleg. 12. l. 3. Trist.
 — Nobis habitabitur orbis
 Vitimus,
 Idem Eleg. 1. l. 3. Trist.
 Quamvis longinquo referam lassus ab orbe pedem,
 idem Eleg. 1. l. 3. Trist. Item,
 Inde patres centum denos secrevit in orbes
 Romulus.
 idem lib. 3. Fast. In orbem vice pari differere. Gell. c. 2. lib. 18. Orbis
 pro Tympano rotundo. Suet. in Aug. c. 68. De Gallo matris Deum
 timpanizante. Videtur ut cinædus orbem digito temperet? Orbis in
 acie, verbum militare. Gell. cap. 9. lib. 10. Differt autem Orbis à
 Sphaera, seu globo, quod orbis proprie de plano corpore, quod circula
 rem habet figuram, Sphaera autem, vel Globus de corpore solido dica
 tur. Cic. de nat. deor. Duae formae praestantes sunt: ex solidis globus,
 ex planis circulus, vel orbis, qui Graece οὐρανός dicitur. Sed hoc non
 semper observatur. Significat enim frequenter Orbis, quod sphaeri
 cum est, vel rotundum: unde orbem terrarum, οὐρανός, dicimus pro
 toto universae terrae globo, quem sphaericae figurae esse philosophi
 consentiunt. ὀρβίς. Plin. Praem. lib. 3. Terrarum orbis universus
 in tres dividitur partes, Item pro maxima hominum multitudine.
 Ovid. 1. de Arte.
 Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puella
 Venere, atque ingens orbis in urbe fuit.
 Accipitur etiam Orbis pro circulari caelestium corporum meatu.
 Cicero de somn. Scipion. Stellae circulos suos, orbisque conficiunt cele
 stitate mirabili. Nonnunquam etiam significat caelestes sphaeras Ibid.
 Novem tibi orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia. Orbis
 in homine dicuntur frontis foramina, intra quae latent oculi. Staturus,
 Tum vacuos orbes. Prudent. Illic utriusque obrutibus orbes cavatos
 praefertens, baculo regebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipsa
 lumina sic appellantur. Lactant. Orbis ipsos humoris puri, ac liquoris
 plenos esse voluit. Orbis noster. i. hemisphaerium nostrum. Orbis al
 ter. h. e. hemisphaerium oppositum. Nam duo sunt hemisphaeria: unum
 incolimus, nosterque orbis vocatur. Alterum, inquit Pompon. Mela,
 Antichthones, qui sunt in orbe altero. Solinus de Taprobana, Diu or
 bem alterum putarunt, & quidem eum, quem habitare Antichtho
 nes crederentur. Plin. l. 12. c. 12. In nostro orbe proximè laudatur Sy
 riacum. Orbis aliquando pro operculo in orbem facto. Cato de re
 rust. cap. 10 Abacum unum, orbes aeneos duos, mensas duas, &c. Orbis
 ablaqueationis, apud Colum. l. 4. c. 4. ponitur pro fossura, sive fossiore
 illa quae in orbem circa vites, aut arbores fieri solet. Nam (inquit) dum
 exaltate fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem
 plerumque sauciat. Quandoque orbem legimus acceptam pro or
 bili, hoc est, pro extremis radiis in rota, quae canthis cin
 guntur. Varr. 3. de re rust. c. 5. E quo stagno rivus pervenit in duas,
 quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultro ac citro commeant, quum &
 aqua calida & frigida ex orbe ligneo, mensaque, quam dixi in primis
 radiis esse, epistomis versis ad unumquemque, factum sit ut fluat ut
 convivam. Orbis pro anno. Virg. 1. Aeneid.
 Tringina magnos volvendis mensibus orbes
 Imperio explebit. hoc est tringinta regnabit annos.
 Idem 3. Aeneid.
 Annuus exactis completur mensibus orbes.
 Est etiam orbis mensa rotunda. Martial. l. 2.
 In Libycos Indis suspendas dentibus orbes,
 Fulcitur testa sagina mensa mihi.
 Quo in loco Libycos orbes vocat mensas citreas. ponitur quando
 que pro contextu, & serie continua, & quadam quasi circumductione
 orationis, quam periodi legitimis commatibus & colis sunt expletæ
 Quintil. lib. 9. c. ult. Historia non tam finitos numeros, quam orbem
 quandam, contextumque desiderat. Cicet. in Orat. In Thucydide or
 bem orationis desidero. Orbis etiam piscis est marinus: orbiculatus

excepta cauda sine squammis, cutis durissima, atque aculeis horrida,
 cui os angustum dentibus quaternis latis munitum. Ennius apud Apu
 leium in Apologia. videtur Calvariam marinam appellasse Plin. l. 32:
 c. 2. Durissimum esse piscium constat qui orbis (veteres codices or
 bis) vocetur. Orbis Lacedaemonius, tessellæ marmoræ varij in pa
 vimento coloris. Buleng.
 Orbiculus, i. diminutivum. ορβίculus. GAL. Petit cercle, rondeur. ITA.
 Picciolo cerchio, rotundità. GERM. Ein klein rund ding oder schneiglin.
 HISP. Pequeno circulo, redondez. ANGL. A little circle or rondell. Plin.
 l. 25. c. 13. Concissa quoque in orbiculo servatur in vino. Orbiculus
 pro rotula trochleæ Cato c. 3. Trochleas Graecanicas binas, quae funi
 bus sparteis ducantur, orbiculis superioribus octonis, inferioribus se
 nis citius duces.
 Orbiculatus, a, um, quod in orbem & circulum factum est, circularis,
 rotundus. ορβικλητός, ορβικλοῦς. GAL. Rond, qui est fait en rond.
 ITA Rondo, rotundo. GERM. Einvoeltrund/ oder fugelecht / schelblecht.
 HISP. Redondo. ANG. Round lyk a circle. Vnde poma orbiculata di
 cantur à Varr. 1. de re rust. cap. 59. quae rotunda sunt figurae ha
 bent orbis in rotunditatem circumacti. Cal. ad Cicet. lib. 8. Quid est?
 Nunc tibi nostri milites qui durissimis & frigidissimis locis terribilissima
 hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti
 videntur.
 Orbiculatum, adverbium. Per orbes & circulos, quasi circularim. ορβικλοῦς.
 GAL. En forme ronde, par rondeaux. ITA. A forma rotunda, GERM.
 Geringleter weis/ in die runde. HISP. En cerco, on redondez. ANG. Round
 lyk a circle, by circles. Plin. l. 11. c. 37. Sed quibus cervix à multis, ver
 tebratisque orbiculatim ossibus flexibilis ad circumspicuum articulo
 rum nodis jungitur.
 Orbicus, a, um, autore Nonio, quod est per orbem ductum, seu per circu
 lum. ορβικλος. GAL. Qui tourne en rond. ITA. Girato intorno. GERM.
 Das in die runde ist. HISP. Hecho en cerco, o en redondez. ANG. That is
 round. Varr. Ut sidera caeli circa terram, atque axem voluntur mo
 tu orbico.
 Orbile, is, axis rotæ, capitulum, seu extremis cardo qui in rotæ modio
 lum convenit. ορβίλιος. GAL. Le tour & rond d'axe.
 ITAL. Il rotundo della ruota. GERM. Die tonnen oder die
 selgen des rads. HISP. La redondez de la rueda. ANGL. The round
 circle of a wheel that turneth on the ground. Varr. 3. de re rust.
 c. 5. Insula est columella, in qua intus axis, qui pro mensa susti
 net rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acu
 tum, tabula cavata sit. Budæus.
 Orbilius Beneventanus, Grammaticus fuit, Horatii in pueritia præceptor,
 quem l. 2. Epist. ob nimiam in pueros sævitiam Plagosum vocat. Huic
 in senectute accidisse ferunt, ut omni profus memoria destitueretur.
 Itaque per jocum Literarum oblivio est appellatus. Vixit ad centesi
 mum prope annum, reliquitque filium orbilium, & ipsum Gramma
 ticum. Ex Tranquillo.
 Orbita, α. Rota, sive currus: rotæ, sive currus semita, vestigium. ὀρβίτα
 ἄλγῃ. GAL. Rota, ornere. ITA. Ruota, carro.
 GERM. Ein farsengleis. HISP. El carril por donde passa carreta, rueda. ANGL.
 A wheele or trake of the wheele made in the ground. Virg. l. 3. Georg.
 — juvat ire jugis, quæ nulla priorum
 Castalidum molli dirvertitur orbita clivo.
 Cic. Attic. lib. 2. Ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre
 possemus. Est præterea orbita, vestigium decurrentis in viis rotæ ex
 cursu. Plin. l. 8. c. 18. Idem, ubicumque sint, ubi orbitam transiere,
 moriuntur. Loquitur de muribus. Liv. 2. bell. Maced. Rota una in altio
 rem orbitam depressa, ita turrim inclinavit. Hinc exorbito, tas, de
 quo suo loco. Item orbita, rotunditas. Virg. in Aetna,
 Solis scire modum, & quando minor orbita Luna est.
 Orbis annualis. Gl g b.
 Orbis, i, proprie dicitur oculis privatus, quasi amissis orbibus. ὀρβίς
 ἄλγῃ. GAL. Aveugle. ITAL. Orbo, cieco. GERM. Des gesichts beraubt, blind.
 HISP. Ciego. ANG. Blind, bereft of his
 sight. Plin. lib. 7. c. 43. Orbem luminibus exegit senectam, amissis in
 cendio, quum Palladium raperet. Idem l. 35 c. 10. Pincit & Antigoni
 regis imaginem altero lumine orbem. Per translationem orbi dicuntur,
 quicumque aliqua re chara privati sunt. Hinc patres, amissis liberis,
 quos non minus caros habent quam oculos, orbi vocantur.
 ὀρβίτιος ἄλγῃ ὀρβίτιος ἄλγῃ ὀρβίτιος ἄλγῃ. ANGL. Needfull,
 that lacketh any thing. Cic. in Parad. Quum nutum locupletis orbi
 senis non observat? Quint. l. 5. c. 17. Patres liberorum, an orbus sit?
 Col. l. 7. c. 4. Orbis suis natis matres. Juvvenal.
 — meliora ac plura reponit
 Persicus orborum lautissimus.
 Similiter orbi dicuntur liberi amissis parentibus. ὀρβίτιος ἄλγῃ.
 ορβίτιος ἄλγῃ. Te. ent. Adolph. Hæc virgo orba est patre. Idem Phorm. Lex
 est, ut orba qui sint genere proximi, his nubant. Quicquid, declamata
 280. Orba dici non potest post nuptias.
 Orba suis essent etiamnum lintea ventis,
 Ovid. 13. Metam.
 At tu non orbem luxu deserti cubile,
 Catull. de com. Beren.
 Orba parente suo quicumque volumina tangis.
 Ovid. Eleg. 6. l. 1. Trist. & Eleg. ult. l. 3. Lanij concionant liberis orbas
 oves. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Mare portubus orbem Ovid. Eleg. 2. l. 3. Trist.
 Litroni rarus in hac portubus orba venit.
 Idem Eleg. 12. lib. 3. Trist. orbis est omnibus sensibus, qui Homerum
 cæcum natum putat, Velleius priore volum. Orbis palmites di
 cuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Columell.
 lib. 5. Nec inquit, orbos tantum detrudere palmites, verum etiam
 frugiferos.
 Orba, ὀρβίτιος. Virgo, vel mulier, utroque parente orba, nullo super
 stite fratre; cui tota hæreditas obtingit, unde dicitur ορβίτιος ἄλγῃ
 aut orba cohæredibus, quæ & Graecis παρῶν, & μηδῶ dicitur. Op
 ponitur ei ἡ ἐπίποιος, quæ cum certa dote in matrimonium alicui
 collocatur.

Orbitas, Privatio liberorum, aut parentum. ξ שְׁכַחֹת *schechót*. אֲרֵבָה *arēvā* אֲרֵבָה *arēvā*. GAL. Privation ou perte d'enfans, ou d'autre chose qu'on tient chere. ITA. Privatione di cosa cara, come de figliuoli. GER. Weislose se ist der Staat da semandes seiner liebsten berauber vort/als die eltern iter Kinder/ &c. Item Der weysen staat HISP. Perdida de cosa amada, como de hijos. ANG. Loss or lak of any thing which one loveth affectionously, or parentes, children. ξ Ut uxoris viduitas post amissum maritum. Quint. Non habet orbitas vestra lacrymas super ardentibus rogos. Plaut. *Capit. sc. 5. n. 3.* Quod hoc est scelus? quasi in orbitatem filios produxe im. ξ Orbitas luminis, pro privatione. Plin. *lib. 7. c. 47.* Magna & Crytobulo fama est, extracta è Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris, curata orbitate luminis. Orbitas magis vulnerat indoctos Senec. *c. 7. de cons. ad Marc.* Orbitas plus gratiae confert, quam eripit. Idem *cap. 14. ibidem.* Orbitatem manu facere. (i. exheredare.) *Ibid.* Libertatem quam viduitas & orbitas facit detestantur Matronae. *Liv. lib. 34.*

Orbitudo, orbi as, sed antiquum est. Accius, Miseret lacrymarum, luctuum, orbitudinis. Non citat etiam Tupilium & Paccium.

Orbo pro orbo, est curvo. Vide *Urbo*.

Orbo, as, Re chara aliquem privo. ξ שְׁכַחֹת *schechót* חִיפּוּר *chissr.* אֲרֵבָה *arēvā*, אֲרֵבָה *arēvā*. GAL. Privo de quelque chose qu'on tient chere. ITA. Privare, orbare. GER. Berauben. HISP. Privar de cosa amada. ANG. To deprive of a thing that a man set teth much by. ξ Cic. *de Anic.* Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret ætas illa solatium. Idem *4 Acad.* Non ergo is exæcat nos, aut orbat sensibus. Orbat se luce. Idem *Tusc.* Orbari auxilio Idem pro *Murana*.

Orbatus, participium ξ שְׁכַחֹת *schechót*. אֲרֵבָה *arēvā* אֲרֵבָה *arēvā*. ξ Cic. pro *Clu.* Mater orbata filio. Idem ad *Cacin.* Nec iis quidem verbis, quibus te consoler, ut afflicto, & jam omni spe salutis orbato.

Orbatio, nis, ξ שְׁכַחֹת *schechót*. Senec. *Epi. 88.* Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur: vel (ut antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt εἰρησιν : quod quum dicunt non quod quis habeat dicitur, sed quod non habeat. Idem *cap. 7. de consol. ad Marc.*

Orbs, piscis marinus, columbus, piscis. Rond.

ORCA, α , ὄρκα , GAL. Esponlart. ITA. Orca. GER. Ein greulicher walsfisch im mer ist / ein sonderbare gattig dises nammens. HISP. Una especie, de valena. ANG. A vohale, or such greast beast in the sea. ξ Genus beluæ marinæ (inquit Festus) balænis infestum. Plin. *lib. 9. c. 6.* Balæna & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non autè biuam conspicit eas tradunt, condi autem æstatis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcam, infestam his beluam, & cujus imago nulla representatione exprimi possit alia, quam canis immensæ dentibus truculētā. Irumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum ac fœtas, vel etiamnum gravidas laucinant. morfu, incussuque ceu Libunicarum rostris fodiunt. Horat. *2. Serm. satyr. 4.*

simplex è dulci constat olivo.

Quod pingui miscere mero, muri aqua decubit,

Non alia quam qua Byzantia putruitorca.

ξ Ab hujus beluæ similitudine vasis quoddam vinarij genus specie recti, & uniformi, Orca dicitur. ξ ANG. *Afar.* Vari. *de re rust. lib. 1. c. 13.* Orca in Hispania fervore multi ruptæ. ξ Erat etiam olimorca vasis genus, in quo fici asservabantur. Plin. *lib. 15. c. 19.* At ubi copia ficorum abundat, implentur orca, in Asia cadi. ξ Quidam etiam Orcam accipiunt pro vasculo lusorio, quod conjecti tali, agitatique emittuntur in tabulam aleatoriam, quod à Martiale dicitur turricula, ex imitatione Græcæ dictionis ὄρκα , quam & Latini usurpant. Pers. *Sat. 3.*

Angusta collo non fallierorca.

In hoc tamen Persij loco scribit Cornutus Orcam vasis genus esse collo angusto, in quod nuces jaciebantur distanti ex loco, & qui certo jactu mittebat, victor habebatur. ξ Plin. *l. 35.* pro capsula pigmentorum muliebrium usus est, Vsta casu reperta, incendio Piræi cerussa in orcis cremata. ξ Orca etiam gemmæ nomen est, nigro, fuluo, viridi, ac candido colore distinctæ. Plin. *lib. 37. cap. 10.* ξ Orca terra, quæ aratur ut fœcunda. Hinem. Orca, navigij genus idem quod profumia. Gell. *l. 10. c. 25.*

Orcarius, rufus. L. g. b.

Orcū, diminutiv. ab Orca, οὐδούριον . Cato *de re rust.* Cyninum, fœniculum, rutam, mentham in orculam condito.

ORCADÉS, ὄρκαδῆς Ptol. Insulæ Oceani Septentrionalis ultra Britanniam & Hiberniam, numero triginta, secundum Pomponium, parum inter se distantes. Vulgò *Orknes*.

ORCĒLIS, ὄρκαλῆς . u. b. Bassetanorum in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptol. *l. 2. c. 7.*

ORCHAMŪS, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline viuatam vivam defodit. Vide fabulam apud Ovid. *l. 4. Metam.*

ORCHAS, ὄρχας , oliva rotunda, Eadem & orchites.

ORCHESTRĀ, ὄρχηστρα locus erat in theatro inter scenam & cuneos, Senatoribus ad spectandum designatus, in quo erat pulpitum quinq; non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelen dicebant, & Longeum, in quo chorus Tragediarum, & Comædiarum, quandiu Comædiæ chorum habuerunt ipsique etiam citharædi & aulædi, & quotquot personam ex fabula non agebant, actioni subserviebant. Dicta Orchestra ὄρχηστρα hoc est, à saltando, quod in ea gesticulatores, histriionibus in scenam abdatis, populum saltando detinerent. Suet. *in Nerone.* Deinde in orchestram, scenamque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contendere, sumpsit. Idem *in Cas. c. 76.* Suggestum in Orchestra. Idem *in Cas. c. 39.* Sessum in Orchestra. Et *c. 14.* Per scenam in Orchestram transit. Juvenalis posuit pro sessione Senatus & primorum, quum ait:

similemque videbis Orchestram & populum.

ORCHĪA lex, ὄρχηστρονομία , prima fuit inter leges sumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conviviarum numerus perscribatur, cavebatque ut apertis januis cœnaretur, nequa legi fraus fieri posset.

ORCHINI, servatores indignissimi per gratiam, & præmium lecti. Turn.

ORCHIS, ὄρχις , herba quam Cynosorchia vocat Plin. *l. 26. c. 10.* Cujus

vocabuli vim reddetes officinæ etiā hodiæ Testiculum canis appellant. ξ Est etiam Orchis, piscis quidam durissimus, cujus meminit idem Plin. *lib. 3. c. 1.* Durissimum (inquit) esse piscium constat, qui Orchis vocatur, rotundus est, & sine squamis, totusque capite constat.

Orchita, æ, Latina terminatione, quæ aliter *Orchitis*. hoc vide in sequenti.

Orchus, & orchites, ὄρχις , genus olivarum, quæ à testiculis nomen sumpserunt, ut inquit Servius *in l. 3. Georg.* Nam ὄρχις , testes dicuntur, unde Orchites dictæ sunt, quasi testiculares oliuæ. Nominativus singularis est Orchis. Colum. *l. 5. c. 82.* Orchis quoque & radius melius ad escam, quam ad liquorem stringitur. Varro. *l. 1. c. 60.* oleas Orchites.

ORCHŌA, ὄρχων , Babiloniæ oppidum est, in confinio Arabiæ quam desertam vocant. Ptol. *lib. 5. c. 20.*

ORCHŌMĒNŌS, ὄρχομήνη . Thessaliæ fluvius, antea Minyeus appellatus, teste Plin. *lib. 4. c. 8.* ξ Orchomenus item, sive Orchomenum, Bœotiæ oppidum est ad sui nominis fluvium situm, olim potentissimum, ut pote cui & Thebani aliquando tributum penderant (ut testatur Strab. *lib. 9.*) præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templum extruxit. ξ Fuit item ejusdem nominis oppidum in Arcadia non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, ut ipse testatur *lib. 8.*

ξ Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à Caristo: cujus meminit idem Strabo *lib. 8.*

ORCHŌMĒNĪŪS, a, um, adject. ὄρχομήνης .

ORCŪS, q, uirgus, ab urgendo: vel à Græco ὄρκα ; juramentum à veteribus inferorum deus est existimatus: quem & Plutonem & Ditem patrem vocabant. Varro terram ipsam Orcum esse videtur significare, quod in ea omnia oriuntur & aboriuntur. Itaque dictum esse orcum ab ortu, quod omnium rerum finis sit & ortus. ξ שְׁכַחֹת *schechót*. אֲרֵבָה *arēvā*. GAL. L'obscurité des enfers. ITA. Plutone, inferno. GERM. Der hellisch got Pluto/wirt auch für die Hell selbs genommen. HISP. Escuridad del inferno. ANG. Hell, or the darkness of hell. ξ Cicero *6. in Verrem*, Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter orcus, venisse Ennam, & non Proserpiam asportasse: sed ipsam abripuisse Ceterem videretur. ξ Aliquando etiam pro ipso inferorum loco usurpatur. Ita à Propertio *lib. 3. Elegiarum*, Minos vocatur arbiter Orci, quasi inferorum judex & moderator Plaut. *in Asin. sc. 3. n. 3.* Bene vale: apud Orcum te videbo. Orcus, idem Charon, ex Plutarch. *in Anton.* Vivat necne, id Orcum scire oportet. Plaut. *Capit. sc. 2. n. 2.* Orcus cum ad se recipere noluit, ut esset qui mortuis hinc cœnam coquat. Idem *Pseud. 2. n. 3.* Orcus vobis ducit pedes, Suet. *in Neron. c. 39.* Homer. *2. Iliad.* Indicat Orcum Thessaliæ fluvium esse, è Stygia palude profluentem, aquis adè pinguibus, ut Peneco fluvio, in quem illabitur, olei in modum supernaret. Hinc factus est locus fabulæ, ut Orcus inferorum fluvius esse dicatur, cujus apud Deos sanctissimum semper habitum sit juramentum. Festus. Orcum ab urgendo dictum putat, quod ad mortem homines urgeat, Alij ὄρκα hoc est, à juramento, malunt, quod nullum juramentum apud superos firmius esset, aut religiosius, quam quum per Stygiam paludem jurabant, aut per Orcum fluvium, qui ex Styge profluit. (Ein hellischer fluss/welscher durch den see Stygen laufft.) ξ Cum orco ratio, nem habere, vel ponere, est periculo mortis sese exponere quum id prævideamus: quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro, quamvis fructiferus serunt. Varro. *1. de re rust. cap. 4.* Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Virg. *4. Æneid.*

Stygiæque caput damnaverat Orco.

ORCĪNŪS, a, um, quod ad Orcum pertinet, ut Orcinus libertus, sive Charonita, dicitur qui directam ex testamento libertatem accepit, nec unquam patronum vivum habuit: quare cum hic libertus nullius libertus viventis sit, Ditis, vel Orci, sive Charontis libertus nominatur Vlpian. *D. lib. 16. tit. 4. l. 3.* Quod quidem in omnibus Orcinis libertis locum habet testamento manumillis. Orcini Senatores qui dicuntur Suetonio, Plutarcho Charonitæ vocantur in Antonio, ξ Sic apud Gell. *l. 1. c. 24. in Epigr. Navij Poeta*, Orcius thesaurus pro sepulchro. Itaque postquam in orcio traditus thesauro, obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.

Orciolion, ornōles, urnula, urceolus, L. g. b.

Orcomona, luctus funebri. Mart.

ORDEOLUS, *Isid. l. 4. c. 8.* de morbis. Ordeolus est parvissima & purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, & ex utroque conducta, hordei granum simulans, unde & nomen accepit.

ORDESSŪS, ὄρδαρῆς , fluvius maximus Scythiæ, qui ab oriente profluit miscetur cum Istro. Herod. *l. 3.*

ORDEŪM, & ordeaceus, a, um, vide *Hordeum*.

ORDĪNĪŪS, Ordino, nas, vide *Ordo*.

ORDĪOR, iris, Orsus & orditus, teste Prisciano, præteritum facit, olim & Ordio, apud Afranium, Loqui incipio, orationem inchoo. ξ שְׁכַחֹת *schechót*. קָרָא *karā* אֲרֵבָה *arēvā*. GAL. Commencer de parler. ITA. Cominciare à parlare. GERM. Anheben / Ansehen. HISP. Començar de hablar. ANG. To beginne to speak. ξ Virg. *1. Æneid.*

Veneris contra sic filius orsus.

Cic. pro *Marcell.* Sed ut unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea. *Liv. l. 1. ab Urbo*, Vnus rem ex composito orditur, id est, narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. ξ Ponitur etiam simpliciter pro incipio. Cic. *5. Tusc.* Vnde igitur rectius odiri possumus quam à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita ortum esset ex terra, ut stirpibus suis nitesceret, in suo genere perfectum esse voluit? Orsum aliquando poetæ pro eo qui finit, & absolvit, dixerunt. Virg. *9. Æneid.*

sic orsus Apollo,

Mortaleis medio aspectus sermone relinquit.

Ordire telam pro texere Plin. *l. 11. c. 24.* Araneus orditur telas, tantique operis materiæ uterus ejus sufficit. ξ Veteres etiam ordio protulerunt. Afranius. Expecta tamen, animo me ordire oportet. ξ Composita hujus verbi sunt, Abordior, Exordior, & Rhærdior, d, litera euphoniæ gratiæ interposita, de quibus suis locis.

ORISŪS, us, verb. Telæ, vel alterius operis principium. ξ שְׁכַחֹת *schechót*. אֲרֵבָה *arēvā*. GAL. Commencement. ITA. Cominciamento. GERM. Ein

Ein anfang. HISP. Comienço. ANG. A beginning. Virg. in Culic.
Atque ut araneoli tenuem formatimus orsum.
Orsa, orum, neutr. gen. καὶ ἀρχαί. Incepta, initia. Liv. in prasat. lib. 1. ad fin.

Ordia, ordiorum. Lucret. l. 4.
Quove modo distracta rediret in ordia prima.

Ordo, inis, est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio, veluti in acie fit, ubi pedes, ubi ala, caeteraque omnia quaeque ordine collocantur.
HISP. Orden. ANG. An order. Cic. 3. de Orat. Ordo est, qui memoriam maxime lumen affert. Idem Paradox. Quicquid peccatur perturbatione peccatur regione, atque ordinis. Ordine praecipere & agere.

Nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honos spoliis quaratur in istis,
Ovid. 13. Metam.
Aspicias illic positos ex ordine fratres,

Digerere in quincuncem a borum ordines, Cicero de senectute.
Aliquando Ordo pro statu hominum, fortuna, censu, loco & gradu usurpatur.

Vbi Servius. Ordine ab omni, id est ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittere hodie quoque servatur.
Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. Cicero pro domo sua ad Pontifices, Quid, quum Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutata veste prohiberent?

Ordinarius, a, um, Vsitatus, in quo servatur ordo.
Ordinaria semina, dicuntur ordine disposita. Columell. lib. 3. cap. 13. Constitis compluribus inter ordinaria semina malleolis.

39. Item Ordinarius, Jurisconsultis Vicarij, dominus dicitur. Ordinarij & legitimi pugiles. Sueton. in Aug. c. 44. Ordinarij Reipub. usus Liv. l. 3. d. 4. Ordinario iure. Sueton. in Aug. cap. 31. Iuris ordinarij res & cognitionis opponantur, Idem in Claud. cap. 15.

Idem 4. Carm. 11.
quod ex hac
Luce Mecenas meus affluentes
Ordinat annos.

Curtius, Praeterea d' j fata ita ordinaverunt. Ordinare locum vitibus, Col. lib. 5. cap. 3. Partes orationis ordinare Cic. 1. de invent. Ordinare licem, de Orat. l. 1. & pro Sulla, ordinare, instruere, parare. Tueni & ordinare vitam. Gell. cap. 21. lib. 10. Ordinare suprema iudicia. Quintil. Item, Ordinare provincias de Senatus decreto. Sueton. in Cas. cap. 18. Et bibliothecas, cap. 56. & 57. ibidem. Ordinare desideria. GAL. Y donner ordre. Suet. in Aug. c. 17. Ordinare, pro in ordinem referre. Ibidem cap. 46. Ordinare Reipub. statum. Suet. in Iul. Cas. cap. 40. Conversus hinc ad ordinandum Reipublicae statum. Cels. lib. 7. c. 26. de cura calculi. Et tum loco calido curatio adhibenda, quae hoc modo ordinatur. Homo prevalens, &c id est, ordine instituitur, atque fit. Ordinare item ad honorem & magistratum promovere. Suet. in Vesp. Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia quanta is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. Est enim hic ordinare, quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem provehere.

Ordinatus, a, um, participium. In ordinem redactus.
HISP. Ordenado. ANGL. Placed in order, Liv. 4. bell. Pun. Ut iterum militum verba audivit, quàm multatum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatae disciplinae animadvertit.

Ordinatus, comparativus, καριώτερος. Seneca Epist. 75. Non dices virum justiore salvis liberis, quàm amicis, Nec ordinatorem, nec prudentiorem. Idem Ibid. Ordinator & prudentior homo.

Ordinate, adverbium, Distinctè, ordine.
Ad Herenn. 4. Quae si sequemur, acutè & citò reperiemus: distinctè & ordinate disponemus.

Ordinatim, aliud adverbium. Caes. 2. bell. Gal. Ita fastigiato, atque ordinatim structo, &c. Brutus ad Cic. Ille enim iis passim, ergo ordinatim quacunque iit, e. g. astula solvit.

Ordinatio, nis, verb. Dispositio, constitutio.
HISP. Ordenanza, obra de ordenar. ANG. A setting of things in order. Colum. lib. 12. c. 3. Ut ordinatio constituta conservetur. Plin. Epist. 205. Quum certius de vitæ nostrae ordinatione aliquid audieris. Ordinatior, pro administratione provinciae. Suet. in Neron. c. 40. Sponde: ut tamen quidam destitutus ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum. Velleius, Omnem ordinationem & necis & testamenti Caesaris comperit.

Ordinator, is, ὀργανιστής, ὀργανιστής. GAL. Ordonneur, dispo-seur. IT AL. Ordinatore. GER. Ein ordner. HISP. Ordenador. ANG. That settles, things in order. Senec. Epist. 110. In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo navis gubernatori, quomodo advoco & litis ordinatori. Hinc fit compositum Praeordino, anteordino.

Ordovices, populi fuerunt Britanniae insulae arduis montibus proximi, apud quos (ut Tacitus scribit lib. 12.) Hostorius dux Romanus Carataccum regem vivum cepit, Romamque misit.

Oreas, a, ab ore fit, & significat frænum, dictum ita quòd ori inseratur.
Oreas, ὀρεάς, ut ὀρεάς χόρα montana regio. Inde ὀρεάδες, ὀρεάδες, & ὀρεάδες, montium Nymphæ. Nam ὀρεά Græcis montem significat. Virg. 1. Aeneid.

Exercet Diana choros, quam mille secuta
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Oreb mons Arabiae, monti Sinai vicinus.
Oreges, pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plin. lib. 5. c. 29.

Oroselinum, ὀροσελίον, Montanum apium, cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutioni tantum. Plin. l. 20. c. 11. Quatum genus ex eodem faciunt aliqui Oroselinon, palmum alto fructice, ac recto semine cumino simili, urinae & menstruis efficac. Latini Apium montanum vocant: Græci etiam ὀροσελίον ἀγροίον, hoc est, petroselinum agreste.

Orositrophus, ὀροσίτροφος, unus ex canibus Aethionis, ita dicitur ὀροσίτροφος, ὀροσίτροφος.

ὄρεως, καὶ τρέφου, quasi in montibus educatus. Ovid. 3. Metam.

Prima melanchates in tergo vulnera fecit,

Proxima Theridamas, Orestrophus hastis in armo.

ὄρεστῆ, ὄρεστῆ, urbs, cujus Hecataeus in Europa meminit. gentile similiter, Oreste.

ὄρεστῆς, ὄρεστῆς, Agamemnonis, & Clytemnestrae filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem parari ab Aegistho, qui patrem Agamemnona interfecerat, matremque constupraverat, praevidens, ipsum per paedagogum in Phocidem clam ablegat ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic. xii. annos demoratus, cum paedagogo suo Argos rediit: ubi sub specie hospitem Phocensium, quos Strophius miserat, ut Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytemnestram, eandem cum Aegistho adultero conscia Electra in ultionem patris occidit. ut scribit Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste. Deinde Pyrrhum quoque Macarei sacerdotis ope in Apollonis templo interfecit, eò quod Hermonem Menelai filiam sibi prius desponsatam rapuisset. Propter quae scelera agitur est furis, quibus non ante purgari potuit, quam ad aram Dianae Tauricae, illuc à Pylade perductus perpetrata facinora expiaverit. Alcmaeon, Orestes, Lycurgus, (infans.) Plaut. Capt. sc. 4. n. 3. Orestis corporis longitudo. Gell. cap. 10. lib. 3. Vide supra in dictione Iphigenia. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectioum comitem, periculisque omnium socium, cum quo tam sanctè amicitiam coluit, ut alter pro altero moti non recusaret. Cic. de Amic. Qui clamores tota caeva nuper in hospitis, & amici mei Pacuvij fuerunt, nova fabula? quum ignorante rege uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo neceretur, Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse dicere perseveraret.

ὄρεστis, ὄρεστis, Regiuncula Macedoniae, in eo tractu qui mari Adriatico imminet, cujus populi dicuntur Orestae, Numantinis finitimi: quorum meminit Plin. l. 4. c. 10.

ὄρετῆ, ὄρετῆ, gens Ionica, secundum Strab. lib. 15. post Arbinum amnem Arianorum, quos Plin. lib. 6. ait, non Indorum, sed propria uti lingua. Lucanus l. 3.

Tum furor extremos movit Romanus Oretas.

ὄρετένης, ὄρετένης, ἡ μίχρα τῆς στόματι. GAL. Jusques à la bouche. ITAL. Sin' alla bocca. GERM. Desimouls halb. HISP. Hasta la boca. ANG. Unto the mouth. Gellius, Guttum Samium oreticus imprudens inane, tanquam inesset oleum affert.

ὄρεύς, ὄρεύς, Dicitur est Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. Festus.

ὄρεξις, ὄρεξις, ἡ ἄνεσις τῆς ἐσθίας. Graecè, Latine appetitus, seu esuritus dicitur, ab ὄρεξι, quod est appeto. ANG. Appetit, or desire to ease. J. Juven. Satyr. 6.

de quo sextarius alter

Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.

Item. Satyr. 11.

hinc surgit orexis, Hinc stomacho bilis.

ὄργανον, ὄργανον, Latine instrumentum. ἡ ἰσχυρία. ὄργανον. GALL. Instrument, outil, engin. ITA. Organo, ordigno, strumento. GERM. Instrument, werkzeug. HISP. Instrumento generalmente. ANG. An instrument, organe. Cic. Epist. l. 11. ad Brutum, ὄργανον enim meum erat Senatus? id jam est dissolutum. Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur, quae vis musicorum instrumenta. Quintilian. l. 9. c. 4. Natura ducimur ad modos; neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum soni, quamquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. Juvenalis.

praeioribus Organa semper

In manibus, densi radiant testitudine tota

Sardoniches, crispo numerantur pectine chorda.

Vox toto, ut ajunt, organo instructa. Quintilian. Vox penè extra organum. Idem Quintil. bis. Architectorum quoque instrumenta quaedam Organa appellantur. Vitruv. l. 10. c. 1. Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quod machinae pluribus operibus in majores coguntur effectus, ut ballistae, torculariumque praetera. Organa autem, unius operae prudenti tractu perficiunt, quod propositum est; uti scorpionis, & anisocyclorum versationes. Haec majoribus velut organis commoventur. Quintil. Organis fractis similes fauces. Apud Colum. l. 5. sumitur pro instrumento ad metiendum apto, ubi ait. Sic compositum organum quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine injuria decedit.

ὄργανοι, ὄργανοι, organorum fabricatores, ὄργανοποιοί. Iul. Firm. lib. 2. Mercurius cum Venere in sexto ab horoscopo facit organarios, & myropolas.

ὄργονικός, ὄργονικός, a, um, ὄργονικός, ut saltus organicus Heliconis. Luciet. l. 3. Organicus, subst. qui organis canit.

ὄργονικῶς, ὄργονικῶς, adverb. ὄργονικῶς, ut Organicè moveri, & Mechanicè, apud Vitruvium, pro eo quod est. Per machinas, ac per organa, teste Budæo.

ὄργονικοί, ὄργονικοί, organicores, qui musicis organis canunt. Luciet. l. 2.

aque

Ac musa melo, per chordas organici qua

Mobilibus digitis expergesceta figurant.

ὄργε, ὄργε, Gl. Iud. An à Celtis sumpta vox, quibus Borge est, occide Búrgen occidere.

ὄργια, ὄργια, Neutrius generis & pluralis numeri, apud Graecos, teste Servio, primùm dicta fuerunt quaevis sacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos Ceremoniarum, Postea tamen factum est, ut praecipuè hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur. ὄργια τῆς ὄργης, hoc est, à furore, ut quidam putant, quod hæc praecipuè sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur; vel ὄργια τῆς ὄρειας, hoc est, à montibus, in quibus potissimum hæc sacra fiebant. Innovabantur autem tertio quoque anno: unde Trieterica dicta sunt, id est, triennialia. Virg. 4.

ubi audio simulant trieterica Baccho

Orgia.

Orginarii, vernaculi qui αὐτόχοροι & Patritij.

ὄργια, ὄργια, mensurae genus, sex continens pedes, sive utriusque

manus extensionem, quam Vnam Latini appellant. Gaza mensuram vertit quatuor cubitorum.

Oria, a, navis piscatoria. Plaut. in Rud. Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem, Malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. Apud Nonium tamen, à quo hæc desumpta sunt, Horia legitur, prima vocali aspirata quemadmodum etiam utrobique legitur apud Plaut. Est etiam Oria, sive Vria, Oria, V. E. regni Neapolitani sub A. Tarentino, gaudet titulo Marchionatus. Gell. l. 10. c. 25. lembi,

ὄριβασίους, ὄριβασίους, Sardinus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinæ lxxxii. ad Iulianum; & eorum epitomen libris novem ad Eustathium filium. Præterea de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus author in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, ejus vitam pluribus persequitur. Oribasius, ait, Pergameneus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit, à Iulianoque propterea, ut Medicus fuit accersitus. Invidia deinde succedentium principum, bonis privatus, atque in exilium ad Barbaros missus, animum philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia & opinione ob doctrinam & medicinæ experimenta perseveravit, ut pro Deo penè coleretur. Hæc ille.

ὄριχάλκον, ὄριχάλκον, vel ὄριχάλκος. GAL. Cuirve, leton. ITA. Orichalco, lortone. GERM. Mess, oder möstich. HISP. Laton morisco. ANG. Laton metall. Metallum genus est, accedens ad colorem auri; quod olim maximo in pretio habebatur. Ita dictum ἀπὸ τῆς ὄρις καὶ χαλκῆς, quasi ὄρις καλκός, hoc est, æs montanum: nascitur enim in montibus. Ita Festus. Cic. li. Offic. Si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere, indicetne illi bonus vir, id aurum esse? Sunt qui aurichalcum scribant, dicitque putent quasi aureum æs; quorum opinioni refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ ubique corripitur. Stat. 1. Theb.

Emicat effigies, & sparsa orichalcha venident.

Plaut. Cure. sc. 3. n. 1. Cedo mihi auro contra modestum amatorem. P. Cedo mihi auro contra Orichalco cui sano serviam. Idem Pseud. sc. 3. n. 2. Orichalco non carum fuit mendacium meum.

ὄρικος, ὄρικος, sive oricum, ὄρικος, civitas Epirii, à Colchis condita, in confinibus Macedoniae, teste Plin. l. 3. c. 23. juxta quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens & solidum in buxi speciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Virg. 10. Æneid.

aut quale per artem

Inclusum buxo aut Oricia terebintho

Lucet ebur.

De hac & Lucret. l. 3.

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus ælis

Dispersus sylvis Athamais, &c.

Hæc quondam insula quum esset, continenti juncta est. Plin. l. 2. c. 82. Epidaurus & Oricum insulae esse desierunt.

Oricula, i. auricula, au mutato in o, Hinc.

Oricilla diminutivum alterum.

Oricularius, quo per aurem aliquid infunditur.

ὄρις, vide Orior.

ὄρισιον, ὄρισιον, Introitus, & veluti ostium uniuscujusque rei. ἡ πηλὴ πέταχ, ὄρισιον. GAL. Orifice, la bouche ou ouverture de quelque chose que ce soit. ITA. Bocca d'apertura di qualche cosa. GERM. Das mandloch. HISP. La boca de qualquier cosa. ANG. The mouth entre or bremna of any thing. Vnde duo ventriculi orificia esse dicimus: unum superius, acutissimo tactus sensu præditum, quod æsophago adhærens, cibo aditum præbet; alterum inferius, superiori multò angustius, quod Græci πύλωρον, hoc est, Ianitorem appellant: propterea quod veluti custodis officio fungatur, ciboque non nisi probè cocto, excussòque, exitum permittat.

ὄριγάνον, ὄριγάνον, ἡ ἀρίγανος. GAL. Origan. ITA. & HISP. Origan. GERM. Dosten/wolgemut. Dioscoridi herba est, sive fruticulus, tam folio, quam ramis sylvestri serpillo similis, comante supra cacumina umbellæ, in qua flores ex albo purpurei, odore jucundo præditi emicant. Quatuor autem origani commemorantur genera, Heracleoticum, Onitis, Tragoriganon, & Sylvestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum est circa quam copiosissimè nascitur. Secundum ab aenis, qui ejus pabulo maxime delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quod sine cultura, & sua sponte proveniat. Dicitum autem putatur Origanum, quod montibus gaudeat. Vide Plin. l. 20. c. 17.

ὄριγένης, ὄριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Evangelicam & scriptis, & viva voce non parum illustravit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos nonnulli suspicantur ab æmulis ejus libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens fervido quodam studio atque acri incensus, ut liberius & citra pudicitiae periculum Evangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castravit.

ὄριγο, ὄριγο, inis, à verbo Orior, oriri, Genus, initium, stirps, fons, ortus. ἡ ἰσχυρία. ὄριγο. GAL. Origine, naissance, source, commencement. ITAL. Origine, principio. GER. Ein Ursprung. HISP. Origine, nascimiento, comienço. ANGL. A spring, a birch, a creation, beginning à kinne. Plin. l. 10. c. 37. Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant. Cic. de universis. Nullius enim rei causa remota, repetitii origo potest. Virg. 2. Georg.

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, aliamve habuisse tenorem

Crediderim.

Idem 6. Æneid.

Igneus est ollis vigor, & calescis origo

Seminibus.

Ovid. 3. Fast.

O quam de tenni Romanus origine crevit.

Virg. 1. Æneid.

Nascetur pulchra Troianus origine Caesar.

Salust. Jugurth. 67. Hæque (urbes) brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere.

ὄριγνάτιον, ὄριγνάτιον, Notatio, etymologia. ἡ ἰσχυρία. GAL. Etymologie, derivation.

vation. ITAL. Etimologia, derivazione. GERM. Ursprung, fet. HISP. La derivacion de la origen. ANGL. A begining or draving frome another. Quint. l. 2. de Etymologia. Etymologia, quæ verborum originem inquit, à Cicerone dicta est oratio, quia nomen eius apud Aristotelen invenitur *οὐρολογία*, quod est nota: nam verbum ex verbo ductum, id est, Verilogium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt qui potius intuiti, Originationem vocent. Terentius scianus de oratione potius, sæpè utitur hac voce originationis pro Etymologia.

Originalis, e. adjectivum: ut Culpa originalis, Originalis decus. **Originalis**, adjectivum, idem quod originalis. Budæus, originarij sunt qui contrahunt municipium origine principaliter. l. 10. Codicis, titulus est de municip. & originariis.

Originatus, Ammian. Persæ originatus Scythæ. **Orioles** sunt naves. Gell. c. 2. lib. 10.

Oriolum, Orihuella, V. E. regni Valentini, sub A. Valentino.

Orion, *Ὠρίων* *chesil. Ὠρίων*. Quasi urion, dictus est filius Iovis Neptuni & Mercurij, de hoc variè fabulantur poëtæ. Quidam tradunt Iovem, Neptunum, & Mercurium, quem terram peragrarent, super nente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Aristonicus Erythreum appellat, divertisse, qui eos hilari animo suscepit: quumque deos esse animadvertisset, occiso bove iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iussit ut aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus; qui nihil sese magis cupere respondit quam filium coniugem tamen se non habere, neque velle ducere, quod mortuæ uxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur, & reliqui dii corium immolati bovis sumserunt, in quod quum urinam emisissent, iusserunt ut terra obortum completis maternis mensibus solveret. Quod quum fecisset invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic postea adultus, evasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens gloriaretur, nullam esse feram quam non conficeret, diis insolens verbum ulciscens contigit, ut terra scorpionem pareret, à quo ictus perit. Diana igitur satellitis sui obitum gravissimè ferens, eum in cælum iuxta Tauri Sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione emisso occisum dicit, & deorum miseratione in cælum sublaturum. Horat. ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eo quod vi voluerit eam comprimere. Servius autem hanc fabulam longè aliter pertexit, OEnopionem Siculum habitum esse filium, qui quum Cæciopem (quam alij Meropem vocant) sororem vitasset, à patre excæcatus est. Consultò igitur oraculo responsum accepit; si per pelagus ad orientem pergeret, ut oculorum concavitate facere conaretur, audito strepitu, ad Cyclopas pervenit ex quibus unum humeris suis imposuit cuius ductu solem semper adversum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Euryales filium facit; idque muneris à patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus posset incedere. Alij ferunt, cum oculis ab OEnopione privatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reversum, OEnopionem, ulcisci statuisse, sed quum hic à civibus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam, à scorpione divinitus immisso fuisse interfectum. Est autem signum cælestis, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virg. l. 1. *Æneid.*

Quum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion, &c.

Sunt qui Græcè ab aquarum affluentia, & mare ac terras tempestatibus turbet, *Ὠρίων* enim turbo & concito significat. Plaut. Iugulam vocat, quod stellarum fulgur quasi gladii armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nomen apud Poëtæ primam syllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur quod prima syllaba olim apud Græcos per æ diphthongum scribatur; quæ secundum proprietatem linguæ Doricæ in ω solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripri, si abiciamus ex prima syllaba vocalem subiunctivam, more Græcorum, qui ut brevem syllabam extendant, aliquando assument vocalem: ut longam contrahant, aliquando vocalem abiciunt. Media autem syllaba semper producit. Penultima verò obliquorum rursus est indifferens. Lucan. l. 1.

Teste tulit cælo victi decus Orionis.

Passerat, legit hic *Ouvionis*. Versus spondiacus. Ovid. 8. *Metam. strictumque Orionis enses*. Et iterum lib. 13. *Metam. Stristumque Orionis enses*. Apud Catullum de com. *Beren*. Legitur nominativus Oarion, Proximus (inquit) Hydrochoo fulget Oarion. Sammonicus c. de mensib. serp. Et documenta dedit nobis prostratus Orion magna quod exiguis perimantur sæpe venenis.

Orior, eris, & itis, olim tam per tertiam, quam quartam coniugationem declinabatur, hodie tantum per tertiam, excepto infinitivo *Oiri*, qui mansit à quarta coniugatione. Ovid. 10. *Metam.*

In quoties oreris, viridisque in cespice flores.

Est autem Orior idem quod nascor. *Ὠρίων* *zavách* *πασ* *tsamách* *ἄλλο* *noladh*. *φουμαγ* *γυζουαγ*. GAL. *Nastre*. ITAL. *Nascere*. GERM. *Geboren werden*. *Entstehen*. HISP. *Nacer*. ANGL. *To be borne, to rise, to spring, to germinate*. Cic. 2. de legib. Sum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus es & procreatus. Interdum ponitur pro Surgo, Prodeo, unde orti solem dicimus. *Ὠρίων*. GAL. *Venir en lumiere, sortir*. ITAL. *Venir à luce*. GERM. *Auffgeben*. *Derfur kommen*. HISP. *Salir*. Plaut. in *Aul.* Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? Idem in *Pæn.* Atque ei quoque ut non enuntiet, id esse facinus ex te ortum. Terent. in *Adelph.* Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Plin. *Epist.* 3. 5. Ortus fons in Monte, per saxa decurrit. Redigam te eodem, unde orta es, ad egestatis terminos. Plaut. *Asin.* c. 2. 4. 1. Huius composita sunt, Aborior, Adorior, Coorior, Exorior, Oborior, Suborior: quorum significata vide suis locis.

Oriens, Partic. quod oritur, ut, signa orientia noctis. Virg. 7. *Æneid.*

¶ Item **Oriens**, substant. masc. gen. Pars ea mundi in qua sol oriri solet. Plin. l. 10. c. 44. Orientem spectare quibus exeant in pascua, occlusum quibus redeant. Oriens mali vis, rest. angenda. Suprà, Surgens

Senec. cap. 1. de consul. ad Mart. Oriente die duce fertilis anni. Tibull. lib. 4.

Ortus, *ἄλλο* *noladh*. *zavách*. GAL. *Né*. ITAL. *Nato*. GERM. *Geboren*. *Entstanden*. HISP. *Nacido*. ANGL. *Borne*. Partic. partic. præteriti temporis est. Futuri autem orturus, vel oriurus: quorum posteriore usus est. Horat. l. 2. *Epist.*

Nil orturum aliàs, nil ortum tale fatentes.

Ortus aliquando idem significat quod oriundus. Cæf. l. 2. de bell. Gall. ait pleiosque Belgas esse ortos à Germanis.

Ortus, us. nomen. Genus, natales, origo, nativitas, principium generis. *ἄλλο* *noladh*. *zavách*. GAL. *Nativité, naissance*. ITAL. *Natività, Nascimento*. GERM. *Die geburt, vrsprung*. HISP. *Nacimiento*. ANGL. *Birth*. *agrowing or springing up, a rising*. Cic. 1. *Offic.* Non nobis solùm nati sumus, ortumque nostrum partem patriæ vindicat, partem amici. Ovid. 13. *Metam.*

Sed neque materno quod sum generosior ortu, Nec mihi mater quod pater est, &c.

Cic. 2. de legibus. Cato ortu Tusculanus fuit civitate Romanus. Ovid. *Eleg.* 1. l. 2. *Trist.* Domus vel censu parva, vel ortu. (i. nobilitate.) In teidum etiam primam illam corporis celestis apparitionem supra nostrum hemisphærium. Ortum vocamus. Virg. *Eleg.* 9. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Idem 1. *Georgic.*

Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus.

¶ Quia ipsum etiam cæli cardinem in quo sol oritur. Ortum appellamus. Plin. l. 12. c. 14. Saba regio spectat ortum Solis æstivum.

Quippe ubi non unquam Titan super ingerit ortus. Ibit in occasum quicquid dicitur ab ortu.

Ovid. *Eleg.* 9. l. 4. *Trist.* Postque meos ortus, (i. à meo natali.) Idem *Eleg.* ult. l. 4. *Trist.*

Oriundus, a. um. qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. *ἄλλο* *noladh*. *Ὠρίων*. GAL. *Venu ou descendu de la race ou lignée*. ITAL. *Chè ha origine di qualche luogo*. GERM. *Bürtig*. HISP. *Cosa que traehe origen de alli*. ANGL. *Come or descended of the race, lineage, or kinred*. In ortu verò *zavách*. Idem est quod natus, significatque locum, non in quo parentes, aut maiores nostri, sed in quo ipsi sumus nati. Liv. 4. bell. Punic. Nati Carthagine, sed oriundi Syraculis, id est, à Syraculis, originem trahentes, unde fuerant parentes. ¶ Invenitur tamen Oriundus, pro Orto, & cum præpositione, & sine præpositione. Col. l. 1. Nam quem admodum sapientis est fortuitus casus, magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis numis parat quum à primis cunabulis (si modò liberis parentibus est oriundus) audisse potuerit. ¶ Oriundus aliquando non solum locum, sed quandoque personam significat. Liv. 4. bell. Maced. Oriundus à magno Alexandro. Plaut. *Aul.* sc. 5. a. 3. qui habent (opes) meminerint se, unde oriundi sicut. Idem *Cure.* sc. 1. a. 1. Ex dulci oriundum (cereum sup) melliculo.

Oripta, amens, turba hominum. *g.* *Isid.*

Oriplex, oratum inspector. *Ὠρίων*.

Oritæ, *Ὠρίων*. Populi sunt Indiæ Steph. Strab. lib. 2. 5.

Oritæ, *Ὠρίων*, gemma est globosa specie, à quibusdam Siderites appellata, ignem non sentiens. Plin. lib. 37. c. 10.

Ori-thya, *Ὠρίθια*. Homero, Filia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum conversam Poëtæ fabulantur. Verum, ut Eusebius autor est, Boreas hanc sibi coniugem ante denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos navigarunt, & Harpyias fugaverunt. Vide *Calain* Propert. lib. 2.

— iam Pandionia cesset genus Ori-thya.

Diversæ papaveris sunt species, præcipuum tamen est album sativum, quod semen habet: quod tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. Plin. lib. 18. cap. 25. Diosc. lib. 4. c. 67. Papaver masculinè antiqui etiam enuntiarunt, Varro in admirandis, Infria seni papaverem. Plaut. in Asin. Formicis objicis papaverem, & Papaver, etiam semen papaveri simile, ut fici. Tertull. de præscript. hæret. Etiam de papavere fici gratissimæ & suavissimæ ventosa & vana caprificus exurgit. Papaver cereale. Virg. 1 Georg. Ibi Servius, vel quod sit esui, sicut frumentum, vel, quo Ceres usa est ad oblivionem doloris? cum scilicet filiam quæretet Turneb. lib. 9. c. 26. interpretatur sacrum Cereri: quia simulacra Cereris manu papaver gestare solebant, & eius anstititæ. Papaver corniculatum, ροικων, κεραλίτης; quia gignit calyculum inflexum instar cornu. Papaver polyanthum, ροικων πολυανθον, quod est multiplici flore. πολυανθον multos flores habens. Papaver spumeum, ροικων αφρώδης: aliis Heracleum. Diosc. lib. 4. c. 62. Heibula alba est, & & spumatoria.

PAPĀVĒ, atq̄ toga. A colore candido dicta est, ροικωνισσὸς χιτών. Eadem spissa toga dicebatur. Plin. lib. 8. cap. 48. Crebra papaveratæ antiquiorem habent originem.

Papavereus, aliud adject. ροικωνειν. ut Comæ papavereæ. Ovidius 4. Fastor.

Illæ papavereas subsecat ungue comas.

Paphages, Rex Ambraciæ. Is quum obviam factus esset leonæ catulis suis stipatæ, ab eadem occisus est.

Paphlagonia, παφλαγονία, Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale lius versa, supra Galatiam, cujus eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, teste Stephano, à Paphlagonè Phinei filio. Ejus incolæ dicti sunt Paphlagonès: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per seditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Troiam amisso. Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Henetis literæ unius immutatione Veneti sunt appellati, autore Livio lib. 1. ab Urbe condita Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Paphlagonas; & Sinopeas subegit. Paphlagonia (ut Solinus scribit) à Citoro monte confurgit porrecta in spatium trium & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

Pāphūs, πᾶφος, filius Pygmalionis filij Cilis ex Eburnea matre. Quū enim olim Pygmalion in Cyprum insulam pervenisset, competissetque mulieres omnino libidini obsequentes, cœlibem vitam ducere statuit. Postò quum ingenio valeret, essetque sculptor insignis, dicitur sibi ex candidissimo ebore muliebri sculpsisse simulacrum, omnibus venustatis formæque nobilitatis (quoad fieri potuit) absolutum, in quo quum homo ingeniosus artem suam miraretur: in ejus amorem in-

cidit, oravitque Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, ut uxorem sibi concederet statua suæ eburnæ simillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens statuam suam animatam invenit, servatque iisdem lineamentis, eodemque candore, in formosissimam virginem transformata. Cujus postea concubitu utitur, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, condiditque urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appellavit, constructo etiam in ea templo, & ara in honorem Veneris, cui diu solo thure sacrificatum est. Virg. lib. 10.

Est Amathūs, est celsa mihi Paphos, Atque Cythera, &c.

Inde Paphius, a, um, unde & Paphia Venus dicta est, quod apud Paphum coleretur.

Papia lex de Delatoribus. Suet. in Neron. cap. 10. Item Papia Popæa lex. Idem in Claud. cap. 18. & cap. 23.

Papia, civitas Insulubium, Ticinum. τίκινον Ptolemæo appellata; olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes. Vulgò Pavia.

Papias, pater. Buleng.

Pāpillō, nis. ξ ἡ φῶχον. GAL. Vn papillon. ITAL. Farfalla. GERM. Ein pfeifsthoitar, sommet vögelin. HISP. Mariposa. ANGL. A but ter fly. Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Columell. lib. 9. c. 14. de Apibus, Vermiculi quoque, qui tineæ vocantur, item papiliones enecandi sunt. Nam (ut idem testatur) ex papilionum stercore nascuntur tineæ. Item papilio, παπιλιών, dicitur tentorium. ξ σπηή. GAL. Vn pavillon, une tente. ITAL. Padiglione. GERM. Ein gezelt. HISP. Pavellon. ANGL. A pavillon. Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ verò Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est, domus, plaustris circumferentes. Castigatoria exemplaria habent, A permutandis pabulis.

PĀPĪLLĀ, x. Parua papula, tuberculum. ξ θηλή, μαζή. GAL. Le tetin, le petit bout de la mammelle. ITAL. Mamilla. GERM. Ein bustin/das brust vögelin. HISP. El peçon de la teta, ò teta pequeña. ANGL. The papé head. Serenus, Excruant turpes anam si forte papillæ. Sed hoc rarius: sapius enim significat mammae capitulum, vnde lac fugitur, quamvis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virg. lib. 11.

Hæstia sub exercitum donec perlata papillam Hæst.

Suet. in Neron. c. 34. Papillas exoculari. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Si papillam pertractavit (amator.) Id haud est ab re aucupis. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Papillarum horridularum oppressunculæ. Dicitur tam de viris, quàm de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillæ: quasi parvæ papulæ, quod papularum sint similes. Papillæ etiam in fontibus claviculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exercitis aqua effluit, fistulis verò immixtis aquæ cursus prohibetur. Varro, lib. 3. de re rust. cap. 4. Qui sit, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Pāpillātūs, Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. ξ θηλοειδής. GAL. Fait en façon de mammelle. ITAL. Fatto a foggia di mammella. GERM. In der gestalt als ein brustvögelin gemacht. HISP. Hecho en manera de peçon de la teta. ANG. Made in fashion of a pap head. Expapillatus, adusque papillam nudatus, δᾶπιμασμένον. Plautus in Milite. Idem & cum nexu humero levo expapillato brachio. Vide suo loco.

PAPINIANISTÆ, qui biennium in studio legum versati tertium adjugebant Papiniani libros legentes. L. g. b.

Pāpīniānūs, παπινιάγιός, Jurisconsultus, Severo principi gratissimus, Scævola discipulus, cui in advocatione fisci successit. Is est cui filios suos Severus moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandaverit, ut & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile patricidium excusari posse quàm fieri. Spartian.

Papinius Statius, Neapolitanus, inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt majores ejus oriundos esse Epuro, diūque versatos Sellis non sine admiratione ingenij & probitatis. Patrem papinium habuit, qui ob insignem eruditionem egregiasque virtutes Neapoli civitate donatus est, in qua Statius Papinius poëta natalem suam habuit. Edidit multa & varia poematas Thebaidem libris duodecim, quos consecravit Cæsari Domitiano. Præterea opus Sylvarum. Postremò Achilleida aggressus, morte præventus tantum liquit inchoatam. Ex Crinito.

Papitium, παπιτιον, urbs est Paphlagoniæ: à quo fit gentile Papitius παπιτιος, author Steph.

Paplona, teges. L. g. b.

Paponius ebriofus, Gl. A. L.

Papotentia, ebriofitas.

Pappā, πάππα, duplex pp, primæ infantulorum vox, qua patrem compellant.

Pāppā, ē, est minutos & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent: & in ea significatione spiritissimè usus est Persius Satyr. 3. Et similis regum pueris pappate minutum Polcis, & iratus mammae lallare recusas. Quare quod antea hinc ex hoc Persij loco probabatur, blandiusculis verbis esse patrem appellare, rejiciendum & explodendum est. Plaut. in Epid. Novo liberto opus est, quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

Pāppās, πάππας, accipitur pro patre, sive pro eo qui puerum alit. Iuven. Satyr. 6.

timidus pragustus pocula pappas. Est autem nomen venerationis à Scythis tractum, quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iovem appellant, teste Herodoto.

Pāppias pater. Const. L. g. b.

Pāppissare, est infantium more blandè patrem appellare. Ah.

Pāppus, Avus, patris, aut matris pater. ξ πα ab, πάππος, Αγεῖν. ITAL: Avo. GERM. Eingroßvater. HISP. El abuelo. ANGL. My fathers or mothers father. Autonius ad nepotem suum.

pappos av. à que tremensis Anteferunt patribus feri nova cura nepotes. Pāppi ξ ANG. The soft down of thistle floweris. Dicitur carduorum flo-

res: & lanuginosa quedam substantia in aërem se effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur, Lucr. lib. 3.
Vestem, nec plumas avium, papposque volantes.
 Plin. lib. 21. c. 16. Pappum vocari ait, lanuginem helxines herbae. Et lib. 25. c. 13. dicit esse herbam, quæ aliàs senecio dicitur, quod in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem habeat. ¶ Item lanugines barbæ, quæ inferiori labro adnascuntur, ut mystax superiori.
 Pappus, πᾶππος, id est, avitus.
 Pappus, πᾶππος, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis, de Avibus Africae, & commentarios in Ptolemaum.
 Pappimis, πᾶπμις, Ægypti oppidum. Cujus cives Pappimites, πᾶπμιται. Sic; han
 Pappula, πᾶπυλα, tuberculum quod jejuna salivæ defecatione curatur. Ἰζάνθημα. GAL. Bourgeon, ou bube qui vient en la face. ITAL. Bernaccolo. GERM. Ein jitermaal. HISP. Lobanillo. ANG. A pimple or volhelke. ¶ Papulis cutis exasperatur, & rubet, leviterque roditur. Virg. lib. 3. Geor.
Ardentes papula, neque immundus olentia sudor
Membra sequebatur.
 Papulae apud Cels. vulgò dantres. Papula ἀπυλα, fera, male dantre, vel seu suavage. Duo autem sunt genera papularum, quæ cujusmodi sint, vide apud eundem lib. 5. cap. ult. Hujus diminutivum est Papilla.
 S. Papulifanum, S. Papol, sive Papaul, v. c. Papuli Lauracensium, sub A. Tolosano, cis Garumnâ.
 Papyllæon, tentorium, papilio. L. g. b.
 Papyrius, à velocitate Cursor dictus, qui dictator creatus adversus Samnites, quum se adversis omnibus progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præfecerat, ne manus cum hoste confereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reversus eum ferire securi voluit: ille in urbem confugit: ubi quum nec supplices Tribuni satis eum tueri auderent: victus tandem Dictator populis precibus, miserique parentis lacrymis, supplicium ei remisit: paucisque post diebus ducto de Samnitibus triumpho, dictatura se abdicavit. Vide Livium lib. 2. ¶ Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportavit: eademque Fortunæ de manibus faciem sibi locavit. ¶ Papyrius Crassus, quum Privernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphavit, & pro laurea usus est myrtea corona. Valerius lib. 4. ¶ Papyrius Carbo, cum dentibus natus ut scribit Plin. lib. 7. c. 6. ¶ Papyrius Prætextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adsecutus, quod in prætexta & adolescentia magnæ indolis, atque ingenij speciem dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam in eaque fortè arcana quedam tractarentur, domum reversus, interrogatus à matre quidnam in Senatu esset actum, ut dux (inquit) uni nubere possiat. Qua re inter matronas sparsa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multo æquius esse clamitantes, duobus unam nubere. Cujus clamoris causa tandem intellecta. Senatus Papyrij in ætate taciturnitatem admiratus, soli in posterum ex equalibus aditum concessit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publicum quandam adolescentem nobilem ære alieno sibi devinctum, & in servitutum adjudicatum haberet, sedòque ejus amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, eaque de causa adolescentulum multis plagis, & contumeliis afficeret, re in Senatu cognita, in carcerem conjectus est, carumque est nequis in corpora libera ob æs alienum quippiam in posterum juris haberet. Simile quiddam refert. Valer. l. 6. c. 1. de I. Veturio & Cælio Plotio.
 Papyrus, πᾶπυρος, ἡ, arbutuscula est, præcipuè in Ægypti palustribus nascentis habens radicem obliquam triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiata, thysi modo cacumen includens. ¶ Ex hoc frutice præparabantur chartæ ac divisæ in pertenues, & latissimas phyllyras, quæ eo meliores erant quò mediæ papyro propinquiores, quæ ab hujus fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diversa hujusmodi chartarum genera vide apud Plinium lib. 13. c. 11. ubi primùm chartarum usum Alexandri Magni temporibus in Ægypto putat fuisse inventum: quamvis alij etiam Numæ regis temporibus chartarum usum fuisse contendunt. Ab hujus quoque fruticis nomine, etiam hodie chartas nostras quæ ex contritis linteis sũt, papyrum appellamus, eò quod eundem nobis præstent usum quem olim Ægyptiis præstabat papyrus. ¶ Dicimus etiam Papyrum in neutrogenere. Plin. ibidem. Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti A Papyro cognomen Papyrij, πᾶπυρις, deductum est, à quo Papyriana tribus.
 Papyracæus, α, um, πᾶπυρακᾶος, quod est materiatum ex papyro. Plin. lib. 28. c. 11. Optimè ellychnio papyraceo.
 Papyrifera, α, um, πᾶπυραφόρος, ut, Annis papyrifera Nilus. Ovid. 15. Metam.
Pæque papyrifera septem sua flumina Nilis
Vitricis egisse rates.
 Idem Eleg. 10. l. 3. Trist.
Iose Papyrifera qui non angustior amne Ister.
 Papyriopola, πᾶπυροπᾶλη, qui vendit (πᾶλει) Papyrum. Bud.
 PAR, æquale, quod eandem quantitatem habet cum altero à παρά, i. juxta, apud, prope. ἰσότης ἢ ἰσοπέδῃ ἴσο. GAL. Par, pareil, semblable. ITAL. Pare, simile, uguale. GERM. Gleich. HISP. Cosa y qual, ò justa. ANG. Equal, à lyke. ¶ Cum suis compositis, Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnis, faciuntque ablativum in e, vel in i. Et licet par apud poetas producat, in obliquis tamèn prima corripitur. Parem alicui esse, & alicuius recte dicitur. Cic. 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, non syllabis. Idem de clar. Orat. Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. Idem in Latio, in amicitia superior par est inferiori. Par ac, vel atque. Idem 3. de nat. deor. Neque mihi par ratio cum Lucilio esto ac tecum fuit. Idem 2. de Invent. Scientia par in nobis, atque in illo est. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.
Par suis exigui similisque licentia Calvi,
 Item 4. Fast.

Et docuit jungi cum pare quemque sua (sup. Venus.)
 Potas & accumbit cum pare quisque sua,
 Idem lib. 3.
 Cum pare quaque suo coeunt volucresque feraque,
 Ibidem.
 — Amicitias & tibi junge pares.
 Idem Eleg. 4. lib. 4. Trist.
 Cum cecidit fato Consul uterque pari.
 idem Eleg. ult. lib. 4. Trist. ¶ Par pari datum hostimentum est, opera, pro pecunia. Plaut. in Asin. sc. 3. a. 1. ¶ Interdum Pares pro duobus accipiuntur: ut paribus equis utebantur Romani in prælio, ut sudante altero, transiliunt in siccum. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile est, eicis, Quint. lib. 5. c. 11. Si propter matrimonia violata urbes eversæ sunt, quid fieri adultero par est? ¶ Parem esse, significat sufficere alicui rei, sive resistendo, sive exequendo ἰσᾶρᾶν Cic. ad Attic. lib. 12. Sed adhuc pares non sumus, Quintil. declam. 5. Aspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod ommissum est, vel quod aliunde acceptum est, alibi, vel aliunde compensare. τᾶς ἰσᾶς ἀμείβῃς, ἢ ἰσᾶν ἰσᾶν. Idem declam. 6. Paria faciemus, tu illiceris vicarius meus, ego hinc tuus, Plin. in Panegy. Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. Quidam cum amicorum officiiis paria in mensa faciunt. Senec. c. 5. de tranquill. Item Quintil. declam. 333. Et Senec. Epist. 82. Paria non fecit (non reddidit.) Par sibi fiet (Orator) Quintil. Invictum par consulum Pompeius & Crassus. Velleius & Senec. cap. 5. de consol. ad Polyb. cap. 5. Idem Epist. 60. Cum Diis ex pari vivit sapiens. ¶ Par pari referte, est tale aliquid reddere, quale accepimus. Tertent. in Eunuch. Si laudabit hæc illius formam, tu hujus contra: denique Par pari referto, quod eam mordeat. ¶ Par, Plautus in Curc. sc. 2. a. 4. Formavit suo more superlativum parissimus: Eodem (inquit) herclè vos pono. & paro, parissimi estis viribus. Mendosus hic locus est, Omnes docti ita legunt, Parissimi estis iibus. (i. iis lenonibus de quibus præcedenti versu mentio facta est) Ibus autem pro iis, & hibus pro his, dictum olim docent Priscianus l. 13. Carisius lib. 1. & Nonius. Item Lambin. in hunc locum Plauti. ¶ Par, impar, genus ludi. ἀγῆριον ἢ ἀεῖρον. Suet. in August. scripsit ad filiam, Mili tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis convivis dederam, si vellent inter se post cœnam vel talis, vel par impar ludere. ἀγῆριον. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.
 PAR, substantivum, Numerus duorum inter se æqualium. ἰσᾶς ἢ ἰσᾶν, ἢ ἰσᾶν, ἢ ἰσᾶν. GAL. Une paire, une couple. ITAL. Copia. GERM. Ein par. HISP. Un par de dos cosas. ANG. A pair, a couple. ¶ Cic. de amic. Ex omnibus sæculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idem de opt. gen. dicen. Gladiatorum par nobilissimum, Idem Ferr. 3. Scyphorum paria complura.
 Parilis, parilitas & paritudo, vide infra suo ordine.
 PARIA, ἀ, πᾶρᾶ, Præpositio Græca, significat Ad, apud, penes, absque, dis, et, præter, tam in præpositione, quàm in compositione.
 Paria, avis, & parus, parula. Festus, & Paronem avem nominat.
 Parabia, potus quidam factitius. Cæl. Rodig.
 Parabasis, παραβάσις, transgressio, prævaricatio: à παραβάσις transgredior.
 Paracampis mata, injustæ ponderationes. L. g. b.
 Paracellarius, minoris cellæ præfectus. Idem Lex.
 Paradaclades, miseri. Gl. g. b.
 Paradichion, hortus. Item Gl.
 Paralaureum, ædicula lauræ, i. e. monasterio adjuncta. L. g. b.
 PARARIUS, apud Senecam dicitur, qui inter duos stipulantes esset, παραρῆτος. ¶ Item pararium illud æs dicebatur, quod equiti dabatur pro duobus equis. Græcè παράρῆτος. Vide Suid. Vide infra Pararista.
 Pararia, ἡ δίπλασι. Varro 4. de L. L. Hinc quod facta duo simplicia paria, parilia primò dicta. In vita Aureliani Imp. Mantelia duo Cypria, paria duo. Ab eo quod Pares olim dicebantur duo. Festus, Paribus equis, i. duobus Romani utebantur in prælio (intelligit ἠμφίπῃτος equites) ut sudante altero transiliunt in siccum. Vnde pararium dicebatur, quod duplex equiti dabatur pro binis equis, id est Suidæ παραρῆτος. Et instet Pararius Senecæ, ἀεῖρον, quod inter pares, i. duos stipulantes παραρῆτος esset.
 Pariare, pro paria facere, quod tum fit, quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, paræque sunt. Vsus est hoc verbo Vlpian. l. 4. D. de manu. Hinc pariatio, scriptura qua rationes quadrare cavetur. Lult. de cond. indeb. & pariator, qui ita rationes reddidit, ut quadrarent l. 8. de cond. & deas.
 Pariari, parem esse. Tertull.
 PARABASIS, παραβάσις. In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conversus, aliquid extra argumentum fabulae loquebatur. Latine prævaricationem, sive transgressionem interpretari possumus, ἢ τὴν παραβάσειν, quod est transgredi, sive prævaricari. Vnde & Parabatæ, quos prævaricatores Latini nominant.
 Parabia, α, παραβία, genus potionis ex milio & conyza. Cæl. ant. lib. 4. c. 26.
 Parabilis. Vide Pato.
 PARABOLA, α, ἡ ἰσοπέδῃ. παραβολή. GAL. Parabole, comparaison, similitude. ITAL. Comparazione, similitudine. GERM. Ein vergleichung, oder gleichniß. HISP. Comparacion, semejança. ANG. A similitudine, comparation, proverbe. ¶ Similitudo δὲ τὴν παραβάσειν, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. Quintil. Parabola (quam Cicero Collationem vocat) longius res quæ comparantur reperere solet: ut, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm utique apud Uticam Cato. Et Senec. Epist. 60. Imagines & parabola in oratione.
 Parabolani, ut interpretatur Alciatus, Latine dici possunt glebæ ascriptij, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρά & βολή, quasi juxta & glebam. ¶ Per translationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulatio xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, ut integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus. C. de Episc.

episc. & clow. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Caelium lib. 29. cap. 11.

Parabolus, a, um, παράβολος, qui fidenter se periculis obicit. & Der sich wagt.

Parabythus, a, um, παράβυσθος, è regione intrusus.

Paracentesis, παρακέντησις, dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus pungitur, hamusque, vel acus insigitur: ita dicta à pun-gendo, quod hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Paracercides, παρακέρκιδης, sunt parua illa ossa, quæ sunt ab utroque late-re & κερκίδος, h. e. ossis majoris quo crus continetur. Poll. κερκίς est ra-dius.

Parachlamys, vestimenti genus, non modò militare, ut apud Plaut. in Pers. sed etiam puerile. Vlpian. in l. vestis. de aur. & arg. leg. Alciat de vesti. olobas. in l. 1. lib. 11.

Paraclesis, παρακλήσις. Advocatio.

Paracletus, i, & ΠΑΡΑΚΛΗΤΗΣ. παράκλητος. GAL. Defensor, advocat.

ITAL. Defensore, avvocato. GERM. Ein ermaner, zusprecher vnd auch für sprech. Item ein tröster. HISP. Defendedor, abogado. ANGL. A patron or advocat. & à verbo Græco παρακλήω, quod rogo, & hortor signifi-cat, item pro alio precando intercedo, ut advocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro consolatore invenitur. Hinc Paracletus, id est, advocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, depre-cator. Itaque pollicetur Christus suis missurum sese paracletum Spi-ritum, qui eos omnia sit edociturus, sive illum adhortatorem, sive de-precatorem, hoc est, advocatum, sive consolatorem velimus intelli-gere.

Paraclytus, per y. Infamis, aut malè audiens est Latinis. & ΠΑΡΑΚΛΥΤΟΣ. παράκλυτος. GAL. Infame. ITAL. Infame. GERM. Verschreyt/der ein böß geschrey hatt/ vertufft. HISP. Cosa infame. ANG. That is evill spoken of that geter an evill name. & Nam παρα in hujusmodi compo-sitione, præter, vel diminutionem significat: κλυτός vero inclytum, ce-lebre, gloriosum.

Paracmasticus, a, um, παρακμαστικός, jam desinens vigere. Ætas parac-mastica media inter juventutem & senectutem; incipit, secundum Ga-lenum, à 35. anno, duratque ad annum 49. quo incipit senectus.

Paracharacta, παραχαρακτης, monetæ adulterator.

Paracope, es, παρακοπή, idem quod delirium, vel mentis alienatio, δὲ & παρακόπην, quod est delirare.

Parada, genus navigij Vibulsi voluptarij, undique tecti, quo, æstu ultrò citròque reciprocante, per Garumnam molliter ferebantur, eaque to-ris & culcitris insternebantur, ne agitatio ulla sentiretur. Meurs. in lex. Græco. β. βαράδιον, sive βαράδιον, parada, alveare. Sed, inquis, ut animi sententiam dicam, non puto paradam esse βαράδιον.

Paradiästole, es, παραδιὰστὸλή, figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duæ plurèsve res quæ prima facie videntur eadem, separantur, adductis in medium iis, quibus à se mutuo distant. Vide Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradiacuzis, παραδιὰζυξις, perversa disjunctio.

Paradigmā, & ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ. παράδειγμα. GAL. Exemple.

ITAL. Essempio. GERM. Ein beyßpil oder exempel. HISP. Exemplo. ANG. Exemple or doing or saying. & Exemplum facti, vel dicti alicujus, quale est illud apud Virg. 1. Æneid.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus.

Fit autem tribus modis: à pari, à majori ad minus, è minori ad majus, & dictum est autem Paradigma à verbo Græco παραδεικνύω, quod est ostendo & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt, & perspicuita-tis. Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradisca avis, vel Paradisi avis, manu codiata. & Παράδεισος Vogel. & Gesue-rus in histor. animal. Reges Marini (in Moluecis insulis) paucis an-te annis immortales esse animas credere cœperè: haud alio argumen-to ducti, quam quod aviculam quandam pulcherrimam, nunquam terræ aut cuiquam alij rei, quæ in terra esset, insidere animadvertent, sed aliquando ex summo æthere exanimem in humum decide-re. Et, cum Mahumetani qui ad eos commercij causa commearent, hanc aviculam in paradiso ortam, paradysum vero locum animarum, quæ vitæ functæ essent attestarentur, induerunt hi reguli Mahumethi sectam, quod hæc de hoc animarum loco mira polliceretur. Aviculam verò manu codiata, id est, aviculam Dei appellant: quam adeo sanctè religiosèque habent, ut se ea reges tutos in bello existiment, etiam si suo more in prima acie collocati fuerint, plebeij autem capræ, id est, gentiles sunt. Hæc Gesner.

Paradisæ à poma, παραδείσεια μήλα, dicuntur à saty, quod ferè in omni-bus pomariis inferantur, odore, sapore que insignia.

Paradisus, ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΣ. παράδεισος. Pomarium, id est, hortus con-situs, generis tam masculini, quam feminini. & Est & locus ferarum septus, sive vivarium, aut viridarium. Vox deslexa est, ut quidam vo-lunt à Chaldæo pades, quod hortum domesticum significat, sive po-marium. & Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm. Plin. lib. 5. c. 23. & Est item paradisus Otlicæ fluvius, apud eundem lib. 5. c. 27. & In sacris literis paradysus accipitur pro amœnis-simo orto in Oriente, à primis nostri generis autoribus habitato: de-cujus situ variæ sunt opiniones, quas recenset Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Divus Augustinus ad Orosium de paradiso sic sentit, paradisus (inquit) in Oriente situs est, interjecto Oceano, & à sentit, paradisus (inquit) in Oriente situs est, interjecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usque ad Lunarem circumulum. Unde illuc aqua diluvij minimè perve-nisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec ulli animantium datur in eum aditus. & pro cælo, loco beatorum sic dictus: ab amœnitate spiritali, qua similis est corporali. De paradisi situ vide Frid. Jun. in cap. 2. Gen.

Paradogum, feudum nobile: ut pædagogum ignobile, dicunt esse Longo-bardica vocabula.

Paradoxā, orum, Latinè admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opi-nionem. & ΠΑΡΑΔΟΞΑ. παράδοξα. GAL. Chose inopinée & mer-veilleuse, qu'on n'a point costume d'oïr. & contre la commune opinion.

Calepini Pars II.

ITAL. Cosa mirabile, non in uso, contra l'opinione di tutti. GERM. Seltsame runderbare ding so volder den gemeinen wohn der sene sind. HISP. Cosa admirable, suera la opinion comun. ANG. Things mervellous and rounnder full that passet the opinion of man. & Seneca Epist. 82. parado-xa vertit inopinata. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ci-ceronis libellus. Paradoxon item schema est ἀγνοίας, quod primura sensum suspendit, ac deinde subjicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. Vide Rufianum in tractatu de figuris.

Paradrōmis, idis, παραδρομῖς, Ambulatio sub dio, sive xystus. Vitruvius lib. 6. c. 6. Xystos, Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberua tempora exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xyitos appellant, quæ Græci παραδρομίδαι. dicunt.

PARANESIS, & παραίνεσις. GAL. Admonition. ITAL. Ammonitione. GERM. Ein vermanung/ vnderweisung. HISP. Avertimiento. ANG. Admonish-ing. & Præceptio, admonitio, sive adhortatio, & propriè ea quæ con-tradictionem non recipit, teste Ammonio, propterea quod fiat iis de rebus quæ in controversiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Paraneticus, a, um, παραίνετικός, hortativus, Quintil. præceptivus. Senec. Epist. 90. à verbo παραίνω, quod significat hortor, præcipio, & admo-neo. Vnde oratio paranetica dicitur, quæ ad virtutem capessendam auditoris, lectōisve animum extimulat.

Paræsus, urbs condita à Paræso Minois cognato. Steph.

Parætonium, παρατόνιον, Libiæ Marmariæ oppidum est, stadiis ferè nongentis distans à Catamathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, xl. ferè stadiorum. Autor Strab. lib. 17.

Parætonius, a, um, adjectivum. Lucanus lib. 3. Vsq̄ue Parætonias Eoa ad littora Syrtis. Silius item lib. 3. Perque Parætoniæ celebratum littora Syrtis. Ab hujus oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est co-loris quoddam nativi genus, quod circa hanc urbem in littore solet in-veniri, ex spuma maris, ut creditur, cum limo solidata: unde & minu-tæ conchulæ plerumque in eo inveniuntur. Autor. Plin. lib. 3. c. 6.

Parafredus. Scribitur & παραφρέδus, & παραφρέδus, & παραφρέδα equus est vilis.

Paragaudes, vel paragauda. Græcis postea παραγαυδῖς, teste Alciato, genus vestimenti virilis, ut plurimum linei, quod sub alia veste gerebatur, & vincitum nunc unico nexu, nunc pluribus loris. Vopiscus in Aureliano, paragaudas vestes ipse primus militibus dedit quum antea non nisi rec-tas purpureas accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & usque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Turne-bus lib. 9. c. 11. Paragaudas, inquit, arbitror fascias fuisse vel aureas, vel fericas auto ornatas, quæ vestibus intexerentur, non ut institæ ad-fuerentur. Etiam vestis ipsa paragauda dicebatur.

Paragium, adæquatio, paritatis observatio, vox feudist. constituit.

PARAGOGĒ, παραγωγή. Figura qua litera vel syllaba fini jungitur, ut Di-cier, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur Adauctio.

Paragogia, ipsarum aquarum pori & meatus: dicta δὲ & παραγωγή, quod deducere est. Hinc παραγωγή, dicta Ælio Donato, & cæteris. Nam & ἄγωγος, aquæ ductus est. Alciatus in l. decernimus, C. de aqua duct. lib. 11.

PARAGRAMMA, παραγράμμα, scripturæ depravatio, παραγωγή est ad-scribo, à παρα, ad. Item est perperam scribo, à παρα, præter, aliter quam oportet. Est etiam præscribo, exceptione submovco positionem: à παρα, præ, alium transeundo.

Paragrammatismus, παραγραμματισμός, cum litera pro litera ponitur.

PARAGRAPHĒ, παραγραφή, præscriptio, exceptio, effugium, litis compo-sitio. & Est & tropus apud poetas, quum præcedenti absoluto, ad alia sit transitus: ut apud Virg. 2. Georg.

Hæcenus arvorum cultus, & sycera cæli
Nunc te Bacche canam.

& Annotationes item, sive scholia succincta, ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur, δὲ & παραγράφαι, quod inter cætera signifi-cat ad marginem annotare. Hinc etiam Jurisconsultorum interpun-ctiones, quibus legum capita in plura segmenta dividunt, paragra-phæ, sive etiam paragraphi dicuntur.

Paragrāphus, παραγράφος, vox est Jurisconsultis usitatissima, qui eam tali nota §. scribunt. Dicitur autem paragraphus propriè, quemadmodum Martianus Capellanus antiquus Pandectarum interpret tradit, quicquid sub una sententia clauditur. Pro eodem etiam παραγραφή.

Paralepsis, παραλήψις, ad verbum est assumptio: item exceptio.

Paralipōmēnōn, παραλιπόμῆνον Derelictum, omissum, prætermis-sum, à verbo παραλείπω, quod est prætermitto. Hinc Qu. Calaber poeta Græ-cus, opus quod ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa. Ομήρου παραλιπομένα, inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione Libri παραλιπομένα dicuntur, quibus ea quæ in libris Regum, aut præter-missa erant, aut leviter degustata, comprehenduntur.

Paralipsis, παραλήψις, præteritio. In Rhetoricis est figura, cum simula-mus nos omittere, quod tamen dicimus. Ergo est apparenis præteritio: metaphora quadam insolentiore ea utitur, quia res notæ aut parvæ sunt, aut quia ingrata futuræ existimantur. Eadem & παρασιopsis. Ne confundantur paralipsis, & paralepsis, quod alicubi fieri videas.

Parālius, παραλίσιον, Tertia species est tithymali, ita dicta quod loca mari-tima amet. Eadem & tithymalis dicitur Plin. lib. 26. c. 8. Tertium ge-nus tithymali paralius vocatur, sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Parallaxis, παραλλαξις, mutatio: à παραλλάττω vario ἀλλάττω est mutō, aliud facio.

Parāllēli, παράλληλοι, dicuntur segmenta sphaeræ ab Ortu in Occasum ducta, alterū ex polis habentia pro centro, omnique ex parte à se in-vicem æqualiter distans. Plin. lib. 6. c. 3. Plura sunt autem hæc seg-menta mundi quæ nostri Circulos appellavere, Græci parallelas. Ra-tio nominis hæc est, quod παραλλήλως apud Græcos sit in vicem com-paratus, vel æqualiter distans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æquali-ter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab invicem di-rimuntur.

Parallelogrammus, a, um, παραλληλόγραμμος, or, parallelas lineas, habens.

Paalōgismūs, παραλογισμός, Deceptio per falsas ratiocinationes, conclusio fallax: & captiosa argumentatio. A verbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera significat captioso genere argumentationis utor.

Paalos, παράλος, apud Athenienses navis genus erat, qua Theori ad rem divinam faciendam, Delphos mittebantur, cumque in usum solium publicè destinata. Illi quoque qui hac in navi vehebantur, Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit unam e tribus factionibus Atheniensium quæ Solonis tempore vigeant.

¶ Fuit etiam Paralus nomen proprium ejus cui Hegelias primam longæ navis inventionem tribuit, referente Plin. lib. 7. c. 56.

PARALYSIS, ἡ παράλυσις. GAL. Paralyse, ITA. Paralysis. GER. Der schlag durch welchen nur der harbe theil des leibs trocken vnd vnenpfins dlich gemacht vort. HISP. Perlesia. ANGL. The palsey, a depriving of feeling and moving in any part of the bodie. ¶ Resolutio nervorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc est, semi apoplexia, quum in alteram tantum corporis partem malum id ineubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & crasso, nervos plus æquo humectante, & laxante, sensumque pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

PARALYTICUS, qui hoc morbi genere laborat. ἡ παραλυτικός. GAL. Paralytigue. ITA. Paralitico. GERM. Einer den das gut oder der schlag getroffen hatt / parlesiech. HISP. Enfermo de perlesia. ANGL. He that hath the palsey. ¶ Plin. lib. 20. c. 9. Ideo paralyticis & tremulis dare jubet. Tertull. in Apol. de Christo, Quum ille verbo demonia excuteret, leprofos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Restringere paralyticos, propriè dixit pro sanare, quum paralytis nihil aliud sit, quàm nervorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest, nisi nervi illi dissoluti, & justo laxiores restringantur.

Parameria, παραμήρια, internæ femoris partes.

Patangaria. In Cod. lib. 12. est tit. 51. de cursu publ. & angar. & parangar. Ibi Gothofr. Angaria est, qua cursus publicus dispositus est, parangaria alio versum. Angaria ἀγγαρία, propriè est actio ejus, qui ἀγγαρεύει, i. cogit ad publicum cursum. Deinde & passio: ergo παραγγαρία est ministerium ad quod quis adigitur præter publicum & ordinatum cursum angariæ.

PARANITES, παρανίτης, gemma est ex amethystorum genere, quæ in Arabia copèrmino invenitur, alio nomine sapinos dicta. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Parantegesis, παραντήγησις, apposta ex adverso narratio.

PARANYMPHUS, παρανύμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspiciam capere solebant. Qui præter huic rei nomine viri, à Græcis παρανύμφος, à nostris auspex dicebatur. Et ut auspex aderat viro, sic & pronuba mulierì adhibebatur. Itaque quum apud Christianos auspicia minimè captentur, adhibentur sacerdotes, qui & pronubi à nobis dicuntur, August. l. 14. de Civit. Nonne omnes famulos, atque ipsos etiam paranympnos, & quoscumque ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quàm vel blanditi conjux conjugii incipiat?

Parapetasma, παραπέτασμα, tegumentum, à παραπέτασσω tego.

PARAPHERNĀ, παράφερνα. ANGL. Thinget that is given helye de promise or not promised vnto the dowrie. ¶ Dicuntur ea quæ præter dotem sponso dantur, à παρα præter, & φερν dos, quasi diceret præter dotalia, hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus de jure dot. l. si ego. Cæterum si res dentur in ea quæ Græci παραφερνα dicunt, quæq; Galli peculiū vocant, videamus, an statim fiant mariti.

Paraphoria, παραφορία, error mentis, quæ plena phrasi παραφορία ἀγνοίας.

PARAPHRASIS, ἡ παράφρασις. Est ejusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus, quod ab aliis dictum est: cujusmodi est Themistij in Aristotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, ut sit quæ narrationi proportionè respondeat. De hac Quint. lib. 10. cap. 5. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed circa eisdem sensus certamen, atque æmulationem.

PARAPHRĀSTĒS, παραφράστης, dicitur interpres latius explicans, qui non verbum è verbo, sed sensum è sensu transfert.

Paraphrasticus, a, um, παραφραστικός, ἡδον, ad paraphrasim spectans, aut etiam ad paraphrasten.

Paraphrosyne, παραφροσύνη, delirium, error mentis.

Parapompica, παραπομπικά, quæ transmittuntur: ut ἀγωνικά, quæ adlucuntur.

Parapotamia, παραποταμία, Regio Asiæ, Tigri fluvio proxima: unde & nomen accepit: Vide Plin. lib. 6. c. 28.

Paraptoma, lapsus, quo ad aliquid impingimus.

PARATIUS, qui stipulationibus, contractibus, nominibusque faciendis interuenit: quem & Græco vocabulo vocamus Proxenetam. ἡ προσενητής. GALL. Corraier, qui fait prestet argent. ITAL. Chi interviene ad impressiar denari, corraiere. GERM. Ein vnderkäufer. HISP. El corredor de la mercaderia. ANGL. A broker. ¶ Seneca lib. 3. de benefic. Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi paratios, nec signatores advocati, nec chirographum dare. ¶ Pararium æs appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur: Festus.

PARATHRESIS, παραθήρησις. Idem quod luxatio, quæ fit quum os aliquod sede sua nonnihil fuerit dimotum.

PARASĀGA, παραστάγαι, apud Persas, auctore Festo, viarum mensuræ sunt quas Budæus Herodoti testimonio probat fuisse triginta stadiorum, verba Herodoti sunt hæc, Latinè reddita, Quotquot enim inopes soli sunt, ij teitam suam ergyis metiuntur: qui verò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat autem parasanga triginta stadiis: schœnus autem (quod ipsum verbum est Ægyptiacum) sexaginta.

PARASCĒVE, es, Præparatio. παρασκευή. GAL. Appareil, apprest. ITAL. Apparat, preparatione. GER. Ein vorbereitung zurnstung. HISP. Apparejo. ANGL. A preparation or preparing, good friday. ¶ Nam à παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster Iesus

CHRISTUS pro humani generis salute cruci affixus fuit, Parasceve παρασκευή, dicitur, quoniam eo die Iudæi sibi necessaria præparabant, ut Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

Parasemon, παρασημον, signum, peculiariter navis.

PARASĪOPĒSIS, παρασιώπησις, Schema est apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc schemate utimur, vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem majorem excitate reticendo volumus.

PARASITUS, i. ἡ παρασιτός. GAL. Qui suit les lopins, escornifleur, parasite. ITAL. Parasito. GER. Ein tellerschlecker / ein schmeichler nur das er zuffrisen vberkomme / schmarozer. HISP. Truhan por cosa de comer. ANGL. A smell feast, which sollovoeth bellie cheere, a flatterer, a piket kanke. ¶ Qui aliorum mentas & cibaria sequitur: quique ejus in eujus, contubernio est, omnia facta simul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia suffert, nihil ventris causa facere recusat, in quo summum bonum constituit. Vnde & nomen accepit, quod παρασιώπησις, hoc est, à cibo totus pendeat. Parasiti imaginem pulchrè depingit Terent. in Eunucho. his verbis. Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt: hos confector, hisce ego non pro me ut rideant, Sed his ultro atrideo, & eorū ingenia admiror simul. Quicquid dicunt, laudo: id rursus si negant, laudo id quoque. Negat quis, nego ait, ajo. Postremò imperavi egomet mihi, Omnia assentari: is quæstus nūc est multò ubertimus. Et Quintil. declamat. 296. Quid est Parasitus: nisi comes vitiorum, turpissimi cujusque facti laudator: Idem declam. 297. De ejus vita servili & contumeliis obnoxia. Parasito nihil est quod surripiatur domo. Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Amica libertate: pascite parasitos. Item. Dij te perdant: parasitōsque omnes, & qui parasitis cœnam dabit. Idem Capt. sc. 3. a. 4. Parasitum in Cariam misi meum. Idem Cure. sc. 1. a. 1. Ea fecit, palam parasitus meo sumptu educatus. Idem Men. sc. 5. a. 5. Confecto prandio, vino epoto, parasito excluso foras. (i. meipso, Ibid. sc. 2. a. 3. Item Parasitus octo hominum munus facile fungitur (in edendo.) ¶ Parasitorum olim provincia obsonare. Idem Capt. sc. 3. a. 3. Idem canes Ibid. sc. 1. a. 1. Parasiti rebus prolatis latent quasi Cochleæ, & vicitant succo suo. Ibidem. ¶ Parasiti scorta dicebantur, quia invocati erant in convivio, quasi mures edunt alienum cibum. Ibid. sc. 1. a. 1. Cic. de Amic. Ne parasitorum in Comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. Idem Lentulo lib. 1. Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi. ¶ Parasiti olim appellatio honesta fuit, utpote qui sacro ministerio addictus esset: nam parasiti vocabantur olim comites, sodalesq; pontificum, & magistratum, ut docet Athenæus lib. 6. Solon sic eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, autore Plutarcho. Pro eo verò postea dictus est, qui ad mensas divitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam, quam Calepinus malè putavit corripit. Horat. lib. 2. Epist. 1.

Quantum sit Dorsetius edacibus in parasitis.

PARASITĀ, scemin. gen. ἡ παρασίτος. GAL. Femme qui suit les lopins. ITAL. Parasita. GERM. Ein tellerschleckerin / schmeichlerin. HISP. Truhana por cosa del comer. ANGL. Shethat sollovoeth feastes. ¶ Horat. l. Serm. satyr. 2.

Custodes, lectica, cinis, stones, parasita.

Parasiticus, a, um, plautus sc. 1. a. 3: licet Parasiticæ arti in malam crucem.

Parasitor, parasitari parasitum ago. ἡ παρασιτώ κολακεία. GAL. Accorder tous pour avoir la repuë franche, suivre les lopins. ITAL. Andar à verso & adubare per aver le spese. GERM. Tellerchlecken / schmeicheln vnd liebt ofen vmb des bauchs willen. HISP. Truhanear por cosa del comer. ANGL. To flatter one to have his repass free. ¶ plaut. Qui parasitando pavent ventres suos.

Parasitandi verbo Solonem usum, pro publicè epulari, ait Plutarch. in Solone.

Parasitatio plautus Amphitry. Nequiter pænè expeditit prima parasitatio, id est pænè infelicitè cessit.

PARASITĀSTER, tti parasitorum imitator. ἡ παρασιτόμιμος. GAL. Qui vult imiter les flateurs, qui cherchent leurs repues franches. ITAL. Imitatore de parasiti. GERM. Ein nachlädger oder nachföger der tellerschlecker vnd schmeichler. HISP. Hombre un poco atruhanado. ANGL. He that flattereth one, to have is repass free. ¶ Nam quæ in aster finuntur (teste Valla lib. 1.) imitationem potius, quàm diminutionem significant. Cicero pro Murena. Euricius hic noster Antoniafter. Duo autem potissimū diminutionem denotant, Surdaster, & Recalvaster. Terent. in Adelph. Est alius quidam parasitaster parvulus: nostin' d. iam scibo.

Parasiticus, a, um, παρασιτικός, ἡδον, ad parasitum pertinens.

Parasitor, parasitum ago, παρασιτώ.

Parasitium, παρασιτίον, locus Athenis.

PARASTĀDES, παραστάδες. Lapidès qui utrumque latus ostij muniunt. Vitruvius quoque parastadas in mentione templorum antes vocat. Hermolaus.

Parastasis, actio assistendi ἀποτήρασσις, v assistentia. Gloss. παραστάσις præsentatio, exhibitio.

PARASTĀTĀ, παραστάται, inquit Hermolaus, Apud Vitruvium & Plinium lapides sunt pilarum ferè modò appositi columnis: à quorum similitudine alterum cruris os (alterum enim κνήμη, hoc est tibia appellatur) parastates nominatur: in jumentis à Vegetio, quod & Paracnemion παρακνημίον appellatur Iulio Polluci. Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, parastatae appellantur. Semen enim per vasa spermatica in testes delatum excipitur à molli quodam involucro: quod quia testibus incumbit, Græce ἐπιδιδυμίδα appellant. Huic duo varicosi, longique adherent meatus utrinque unus, qui cervici vesicæ inferuntur, idque comitati ad penis initium, in unum eundemque canalem confluunt, ab urina ductu diversum, cui tamen tum demum quum ad mecum terè cois pervenerint, inferuntur. ¶ Sunt & in prælio (ut idem inquit) dicti parastatae nomen officij, quoniam adiuncti sunt prostratis, hoc est, is qui præ sunt cornibus: sicut epistatae, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ quædam cum certis instrumentis, à Vitruvio parastatae vocantur.

vocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plin. lib. 33. cap. 3. Sed & illius aureæ camerae, & argenteæ trabes narrantur & columnæ, & parastatae. Idem apud Vitruvium lib. 5. In columna, aut parastata horæ describuntur. Budæus tamen in istis Vitruvij & Plinij locis dicit male fuisse emendatum, legendumque apud Plin. Columnæ parastaticæ: & apud Vitruv. Columna parastatica, utrinque sine conjunctione.

Parasynagoga, falsa synagoga Hicet. L. g. b.

Parasynanche, παρασύνανθη, species anginæ: cum exteriores φάρυγγος, id est, faucium musculi patiuntur inflammationem; cum interni, σπλάγχνων.

Parasynaxis, prava synaxis.

Parathesis, παραθέσις, appositio.

Paratimos, παρατίμος, δὸν ἑ παρατίμας, quod evelli significat, dicitur evulso pilorum à naribus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum qui deprehensi essent in adulterio. Nam ditiores pecunia se redimebant, inopi expilabatur sedes.

Paratitla, παράτιτλα, lemmata & summulæ titulis appositæ, à παρά & τίτλα, titulus; voce Latina à Græcis contracta. Iustinianus Imperator summas rerum appellat titulatim appositas: quales extant Azonis.

Paraton, apparatus. Tert. L. g. b.

Paratragœdio, παράτραγῳδίῳ, id est, exaggerio, ac verborum magnitudine aliquid augeo. Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Illic homo est, vide ut paratragœdiat carnifex.

Paratrimma, παράτριμμα, Latine intertrigo, quum femina mutuo attritu excoriantur. Vide In pertrigo.

Paratypus, α, um, παράτυπος, perperam pulsatus, male cufus: ut paratypa numismata.

Paraveredus. Cpd. lib. 12. tit. 51. l. 2. Præsidibus & rationibus, & c. usurpandi paraveredi licentia derogetur. Ibi Gothofr. Veredi sunt publici equi cufuales. Paraveredi videntur esse majores equi agminales, quos vulgò parafredes vocant.

Paragalma, oppositio comparatio L. g. b.

Parauexesis, παραυξήσις, exaggeratio, amplificatio.

Parazonium, παραζώνιον, genus gladij quod ad zonam accingi solebat: de quo extat epigramma Martialis. lib. 14.

Militia decus hoc & grati nomen honoris
Arma, Tribunitium cingere digna latus.

PARCÆ, arum, diæ sunt à parco, per contrariam significationem, quòd nemini parcant, μαίρα, αίρα. Ideo tres esse Parcas arbitrantur, quoniam tria sunt tempora in quibus omnia evolvuntur. Varro. Cui subscribit Gell. c. 16. lib. 3. à partu unius literæ mutatione deduci putat: quoniam (ut scribit Hesiodus) nascentibus hominibus bonum malumque conferte censeantur. Iuvenal. Satyr. 9.

Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho,
Et Lachesis gaudens, si nascitur inguine venter.

Harum nomina erant Clotho, Lachesis, & Atropos, quas Cicer. Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatibus fuisse existimatas. Unde & illud Cleantis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Celsellius in lectionibus antiquis sic loquitur, apud Gell. cap. 16. lib. 3. Tria nomina parcarum sunt Nona, Decima, Morta, & c. Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. Nubila nascenti, seu mihi Parca fuit. Item, An dominae fati quicquid cecine: e sorores (Parcæ.) Omne sub arbitrio desinit esse Dei. Ibidem, Finguntur vitæ hominum præesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellat Martialis. lib. 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores, Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Et Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist. parcæ fatalia nentes stamina (hæc) bis genito bis cecinere tibi. Apuleius, Tres Parcæ tria fata sunt numero, cum ratione temporis facientia, si potestatem earum ad ejsdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, subactumque cura digitorum, futuri & consequentis sæculi posteriora videtur ostendere. Lachesis dictam esse putant à λασχάρῳ, quod Græcè fortior significat. Atropos, quia verti, hoc est, mutari, aut flecti non possit, ab ἀ-privativa particula, & verbo τροπέω, quod est verto, Clotho, quoniam contracta & convoluta omnia teneat: à verbo Græco κλωθῶ, quod significat neo, vel circumvolvo.

Pariloquium, parcitas in loquendo. Apul.

PARCO, is, pepercit, vel parsi, vel antequè etiam parci, parsum. Gell. c. 14. lib. 5. Abstineo, quasi parum tango, mihi à re aliqua tempero. ἔφειδομαι. GAL. Esparniare, spargnare. GERM. Sparen / schonen. HISP. Guardar, ser escasso. ANG. To spare, to abstine. } Parcere pecuniæ, est, ab expendenda pecunia abstinere. Parcere sumptui, à sumptu abstinere. Lamentis parcere, continere, se à fletu. Livius lib. 6. ab Urbe. Parcere lamentis Sutrinis iussit, Hetruscis se luctum, lacrymâsque ferre. } Parcere aliquid alicui Virg. 10. Aeneid. Argenti, aique aurimemoras, quæ multa talenta, Natis parce tuis. Operane parcent suæ (qui ædificant.) Plaut. Mostell. sc. 2. a. 5. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi pepercieris. Idem Aulul. sc. 5. a. 2.

Solvere quassata parcite membra raris.

Ovid. Eleg. 2. lib. 1. Trist. Idem Eleg. 11. lib. 3. Trist. Parcere pudicitia suæ, & alienæ. Suet. in Calig. c. 36. Ovid. 4. Fast. (Aries) Frontem dilectæ lædere parci ovis. Idem. 6. Fast.

Parcite matrona vetitas attingere vestes.

Item, Parce tamen lacerare genas. Idem Eleg. 5. lib. 3. Trist. Non tu scis, quæ amanti parceret, eadem sibi parceret parum. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Nihil precio parci dum filio parceret. Idem Capt. prolog. Pugnis vetas me in huius ore quicquam parceret. Idem Men. sc. 2. a. 5. Qui homo matre quæsitit pecuniam nisi eam maturè parsi, maturè esurit. Idem Curc. sc. 1. a. 3. Duorum labori parsi sem libens. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Id quidem hercule ne parsi, dabo, Ibidem, Parce precor. Ovid. Eleg. 3. lib. 5. Trist. Parcere execrationibus i. abstinere. Liv. 9. d. 4. & Gell. c. 16. li. 16. Vitam sibi ut parcerent oravisse. } Parsurus, Suet. in Tib. cap. 62. } Accipitur etiam parcere, pro ignoscere, remittere, condonare, veniam vel impunitatem dare. ἔπιτιμασθαι, ἢ ἐπιτιμασθαι, ἢ ἐπιτιμασθαι, συζητήσασθαι. GAL. Pardonnar, remettre. ITA. Perdonare, remettere. GERM. Schonem /

vbetschen. HISP. Perdonar. ANG. To forgive, to pardon. } Cic. pro Quintio Boni viri malunt commemorare, se quum perire possent, pepercisse Virg. 6. Aeneid.

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Terent. Adolph. Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem. Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestavi meis } Cæsar. 7. belli. Gall. Non ætate confectis, non mulieribus, non infanibus pepercit. Servius Ciceroni lib. 5. Epist. Cui inimici propter dignitatem pepercit, inventus est amicus qui ei mortem afferret. } Donatus credit hoc interesse inter præterita parsi & pepercit, ut parsi idem sit quod abstinui: pepercit, idem quod ignovi, Servius tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diversitate venire, sed potius ex mutatione usus: ut quod veteres parsi dixerunt, id alij postea pepercit dicere cœperint. Aliquando etiam parcere accipitur pro prohibere, vel arcere. Virg. 3. Eclog.

Parcite oves nimium procedere.

Vbi Servius, Parcite, prohibete. id est, servate ne procedant. Melius tamen dixeris, parcite ibi accipi Pro abstinete, ut Oves sit vocativus, Monet enim Pœta ibi oves exemplo arctis, ne ipæ nimium confidant. Parcere ab, pro abstinere. Liv. 5. belli Punici. Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes ut a cadibus & ab incendiis parceretur, id est, abstineretur. } Parce in verba ista, scil. prorumpete, cave ea proloqui. Apul. Metu parcere, pro deponeere metum. Virg. 1. Aeneid.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

Vbi Servius: Parce metu, elocutio usualis, id est, Dimitte metum: quo modo dicimus. Parce verbis, Parce injuriis Parce ne Plaut. Trin. Neu tibi ægritudinem pater parcerem, parsi seculò. Nihil rom tte. e parciunt, id est, prolixè promittunt. Catull. Argon. epigr. 59 } 2. ando q; etiam pro desinere. Idem 3. Aeneid. Parce pius, scelerare munus. } Hujus verbi composita sunt, Comparco, κατὰφειδομαι, ejsdem cum simpli ci significationis. Terent. in Phorm. Suum defraudans genium comparci miser: reparco, iterum parco Plaut. in Truc. Vitiam rei iterum parci ssem meæ, ut nunc reparcis.

PARCI, ūr, impersonale. Cic. Attic. lib. 2 Sed tamen satisfiet à nobis, neque parceretur labori. Plin. li. 16. c. 12. Nec corpori ipsi parciitur. Idem lib. 28. c. 6. Iam & sermoni parci multis de causis salutare est.

PARCUS, i, qui frugi est, & sumptibus parci. ἔπιτροχίλος, φειδῶλος. GAL. Chiche, espargnant. ITA. Scarso, parco. GERM. Ruldig, abbruchig, spars haft, hâuslich. HISP. Escasso, à guardoso. ANG. A niggard, that sparsen } Gell. lib. 3. c. 19. Parcus neque ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo quod parvum & parum, denominatur. Plaut. Mostell. quo nemo adz què juventute ex omni Antehac est habitus parcus, nec magis continens. Idem Aul. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parciot. Horat. 1. Carm. Ode 8.

Te senes parci, miseraque nuper
Virgines nupta, & c.

Cicero de Orat. Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. } Parcus, cum genitivo. Ovidius. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Parcaque fortuna sunt tibi verba mea.
Quo nemo adæquè parcus, neque magis continens. Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.

cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus acci.

Plin Epist. 226. Statuam poni mihi à te eo quo desideras. loco, quam ejusmodi honorum parcissimus, tam en patior, & c. Plaut. Aul. sc. 2. a. 2. Hunc me detrusisti ad senem parcissimum. Et Sueton. in Cas. cap. 53. Parcissimus vini, & in August. cap. 38. parciot in honoranda virtute bellica. } Parcus ablativo junctum. Plaut. Rud. opera haud fui par tute bellica. } Parcus nihil est, qui piger est, nimisque id genus odi ego malè. Vigilare decet hominem, qui vult sua temporis conficere officia: Parcus comitatu, Apud Plin. in Pan. dicitur qui paucos habet in comitatu. Parcus in ædificando, in victu. Idem in Paneg. } Epist. 22. Sueton. in Claud. cap. 12. Parciot in se augendo. } Parcus, septem. vox German. in ll. Angl. & VVerin. GERM. psich. } Hujus compositum est Præparcus, valde Parcus, σμικρολόγος, γλιχῶς Plin. lib. 11. Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, quum sensè e eximi mella, avidè vorantes. cæterò præparcæ, & quæ alioqui prodigas, at que edaces, non secus ac pigras & ignavas proturbent. Similiter de parcus, nimium parcus, ac tenax: cui opponitur profusus, ac magnificus. Suet. in Neron. Sordidos putat esse & deparcos, quibus impentiarum ratio constaret. Apuleius. At verò contraria accusastis, unum servum, ut deparci: tres liberos, ut profusi.

PARCÈ, adverbium, Frugaliter, moderatè. ἔφειδῶδῶς, ἄλιῶς. GAL. Chichement, escharsement. ITA. Scarfamente. GER. Ruldiglich, sparslich. HISP. Escassamente. ANG. Sparingly, niggardlie. } Terent. Anar. Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter agebat. Cic. 1. Offic. Intelligemus quàm sit turpe diffuere luxuria, & delicatè ac mollior vivere: quamque honestum, parcè continenter, severè, sobriè. Idem 2. de fin. Nec tamen cur id tam parcè, tamque restrictè faciant intelligo. Idem pro Muran. In qua re si satis profecissent, parcius de ejus laude dicerem. Parcè jactare. Liv. lib. 4. d. 4. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

O princeps parcè viribus use tuis.

Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. Mortalem parcè parcum prædicas. Et Pseud. sc. 1. a. 5. Non enim fuimus parce promi victu cætero, & c. Colum. lib. 6. c. 7. Nec potestas aquæ, nisi quàm parcissimè, facienda est. Quintil. parci sime dicam.

PARCIŪS, pro frugalitate. ἔφειδῶλια. GAL. Chicheté ITA. Scarfista, miseria. GER. Ruldigheit, ersparung. HISP. Escasseza. ANG. Niggardness. } Macrobius comment. lib. 1. c. 8. Moderatio, parcitas.

PARCÈ PROMI, Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Non enim fuimus Parcè promi victu cætero, & c.

PARCIMONIA, vel PARSIMONIA, parsimonix, Moderatio sumptuum, parci tate, frugalitas, parcus reium usus, illud à parci, hoc à parsi sumi-

no. § *φειδῶ*. GAL. *Epargne frugalité, c'est à dire, dépense modérée, & faite par raison, & mesure.* ITAL. *Parfomia risparmio.* GERM. *Rundigheit/müßigkeit vnd abbruch alles grossen vntostens / häusigkeit.* HISP. *Escañessa en el gasto.* ANG. *Sparing, niggardness refrinence.* § Ea sic definitur à philosophis, Parsimonia est, qua cavemus ne quod dispendium ultra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri potest) sine cuiusque injuria conservetur. Liv. lib. 54. Parsimonia & paupertatis pudor est pessimus. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Estur, bibitur, neque quisquam parsimonia adhibet Idem *Aul. sc. 3. a. 3.* Nimis lepidè verba fecit ad parsimonia. (i. adversus luxum muliebrem.) Parsimonia & duritia disciplina alij errant, Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Cic. in *Parad.* O dii immortales, non intelligunt homines, quàm magnum vestigal sit parsimonia. Idem 2. *Offic.* Res autem familiaris quaeri debet iis rebus à quibus abest turpitudine: conservari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Idem *pro Quintio*, Amicos observantia, rem parsimonia retinere. Item; Parsimonia supelletilis. Sueton. in *August. c. 73.* Parsimonia temporis. Plinius *Epist. 5. lib. 3.* id est, diligentia non ab utendi tempore. Parsimonia linguæ. Gell. *cap. 4. lib. 12.*

Pardaliānchēs, τὸ παρδαλιανχῆς Aconiti genus, sic dictum quod carnes contactæ pantheras necant. Plinius *lib. 8. cap. 27.* Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor. Quare pardaliānches id venenum appellaverit quidā.

Pardaliōs, παρδαλιός, gemma est maculis quibusdam variegata, à pantheræ pellis similitudine nomen habens. Plin. *lib. 37. c. 11.*

Pardālis, πάρδαλις, animal est ferum, Syriæ, Africæque peculiare, quod alio nomine panthera appellatur, pellem candidam, brevibus quibusdam macularum oculis variegatam, præstantissimum spirans odorem, cujus suavitate feras illectas corripit, laceratque. Romani varias appellarunt, & Africanas, quod ex Africa in ludorum usum mitterentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. Vide Plin. *l. 8. cap. 17.*

Pardālium, ij, παρδαλίον, dicitur unguentum, quod pardalis odorem reddet. § Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cujus suavitate quadrupes illectas devorat. Plinius *l. 13. c. 1.* Fucrat & pardalium in Tarso, cujus etiam compositio & mixtura obliterata est.

Pardalus, πάρδαλος, avis ex iis, quæ volare solent gregatim.

Pardūs, ἡ πάρδος, πάρδαλις, o. ANGL. *A libard.* § Animal est ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, brevibus quibusdam macularum oculis distinctam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant. Plin. *lib. 8. c. 17.* Pantheris in candida breves macularum oculi. Ferunt odore earum mirè solitari quadrupes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eò omni genere, creberrimo in Asia, Syriæque. Lucan. *lib. 6.*

Quam per summa rapit celerem venabula pardum.
Juven. *Satyr. 11.*

Et magno sublimis pardus hiatus.

Pārēās, παρῆας, serpens est innoxius, cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis parvum, tamen ita buculentum, tantoque rictu hiat, ut correptum passerem, imò columbi pullum deglutiat. Lucan. *lib. 9.*

Et contentus iter cauda sulcare Pareas.

Sic legendum cum Isidoro, non pharios.

Pārēbāsis, παρῆβασις, ut defuit Quintil. *lib. 4. c. 13.* Est alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procutrens tractatio. Latine dici potest Digressio, vel excursus.

Pārēstāsis, παρῆστασις, extensio. i. e. productio vocis, inserta syllaba.

Pārēstātūs, παρῆστατός, qui de pueritia venit ad pubertatem à verbo Græco, *παρῆστατός*, quod est extendo. § Etin aufgeschossen iungli Lucil. *lib. 8.* Vnde *parestato* chlamydes, ac barbula prima. Idem *lib. 10.*

Tum ephibum quem vocant parestatum.
Nonius. Item Varro in fragmentis.

Parecclesion, facellum. L. g. b.

Paredrus, παρῆδρος, adfessor. Gloss. à *παρῆ* & *ἰδρα* sella. Transfertur etiam ad alia, consiliarium ac custodem significat.

Pārēlōn, παρῆλον, figura à Grammaticis appellatur, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adjicitur, ut apud Terent. in *principio Andr.* Adesdum, pro Ades. Latine dici potest productio, *ἡ παρῆλον*, quod est producere, vel proferre longius.

Parembolē, παρῆβολή, cum in medio orationis causa rei, vel circumstantia aliqua interponitur.

Parencephalis, παρῆκεφαλις, cerebellum, pars cerebri posterior.

Parenchyma παρῆχυμα, propria cujusque visceris substantia.

PĀRĒNS, tis, generis commuais, à *Pario* fit, quo nomine quamvis propriè pater & mater significentur, apud Jurisconsultos tamen, teste Festo, etiam avus, & proavus, alique superiores utriusque sexus, usque ad tritavos, & tritavias intelliguntur. § *ἡ ἰσὴδ. ὁ Ἰσὴδός, ἡ Ἰσὴδός.* GAL. *Pere ou mere.* ITAL. & HISP. *Padre & madre.* GERM. *Der vatter oder die muter.* Item *Ein altnoder.* ANGL. *Parent, father and mother.* § Vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen majores appellantur. Cic. *post. red. in Senatu*, Parentes clarissimos habere debemus quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est. Virg. *8. Æneid.*

Quem subivisse humeris confectum atate parentem, &c.
Idem 2. *Æneid.*

Non prius aspicias ubi fessum atate parentem
Liqueris Anchisen?
Ovid. 4. *de Pont. Eleg. 7.*

nec tu
Immeritò nomen mite parentis habes.
Ego mite parentis ingenium verbis ad publica commoda verti. Idem 13. *Metam.*

Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes?
Parentes Fabii liberum sunt, substruunt fundamentum, &c. Plaut. *Most. sc. 2. a. 1.* Hinc satus Anchises cum quo commune Parentis. Non dedignata est nomen habere Venus. Obsecro Parentes ne mihi meos prohibeas. C. Quid? sub gemmâne Inclusos habeo patrem tuum & matrem? Idem *Cure. sc. 2. a. 5.* Hic aperte parentum nomine pater & mater significantur. Item, Deus est, in utroque parente. (i. genus pa-

ternum à Deo & maternum.) Ovid. 13. *Meta.* § Item libri, sive operis alicujus autor, etiam Patens vocatur. Idem *Eleg. 6. lib. 1. Trist.*

Orba parente suo quicunque volumina tangis.
Idem *Eleg. 1. & ult. lib. 3. Trist. (ter.)* § Item Rex, sive Princeps, Reip. patens appellatur. Senec. *c. 16. de consol. ad Polyb.* Patens publicus (Cæsar sup.) Caius *de verb. signif. l. appellatione*, scribit appellatione Parentum omnes in infinitum majores utriusque, sexus significari. § Parentum etiam vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum invenimus: sed hoc apud eos duntaxat qui jam labescente linguæ Latine puritate, minus tersè loquuti sunt. Galli etiam in sua vernacula lingua hoc observant. Lamprid. *de Alexandro Severo*, Amicos & parentes Alexander, si malos reperit, aut punivit: aut, si vetus vel amicitia, vel necessitudo non sivit punire, dimisit à se, dicens. His charior est mihi Respub. Iulius *Capit. de M. Antonino*, Adoptatus in Aulicam domum; omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantum privatus exhibuit. § Transfertur & ad alia: ut docet ex Catilin. & Bello Jugurthino Salustij *Victor. c. 16. lib. 4.* Item Plin. *lib. 18. c. 1.* Terram omnium parentem dixit, id est, alticem. Et Ovid. 1. *Metam.*

Magna parens terra est.
Ibidem,

Ossaque post tergum magna jactata parentis.
Cic. *de Republ.* Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens. Idem 1. *de Orat.* Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam, & quasi parens. Idem 2. *de finib.* Quando enim Socrates qui parens philosophiæ jure dici potest, quicquam tale fecit? Idem *ad Attic. lib. 9.* Quum parentes non alere nefarium sit, non isti principes antiquissimam & sanctissimam parentem, patriam fame necandum putant. Idem 1. *de Legib.* Earum rerum parens est, educatrixque sapientia. § In arbore etiam parens dicitur stirps ipsa vel truncus, unde rami nascuntur. Plin. *lib. 12. c. 5.* Rami novam sibi propaginem faciunt circa parentes in orbem. § Parentum in genitivo plurali pro parentum posuit. Horat. 3. *Carm. Ode 24.*

Dos est magna, parentium Virtus.

PĀRĒNTĒLA, Consanguinitas, affinitas. § *ἡ παρῆντελῆ. ὁ συγγνωμία.* GAL. *Parenté.* ITAL. *Parentado.* GERM. *Verwandtschaft.* HISP. *Parentesco, parentela.* ANGL. *Parentage or aunceltrie.* § *Capitol. in Gordian.* Duxit (inquit) uxorem filiam Mithæi doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua judicavit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen invenitur.

PĀRĒNTĪĀ, pro obsequio usus est Imp. l. i. C. *Qui pro sua jurisdic.* Quod si quis alienæ jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum, parentiam accommodare ceulemus. **Hetoman.**

PĀRĒNTĪCĪDĀ, qui patrem aut matrem occidit. § *ἡ παρῆντελῆ. ἡ μητῆρῆ. ἡ πατῆρῆ.* GAL. *Qui a tuè pere ou mere.* ITAL. *Chi a amma & aco padre, & madre.* GERM. *Ein tonschleger seins vatters odet muter.* HISP. *El que matò padre, & madre.* ANGL. *That killat father or mother.* § Plaut. in *Epid.* Quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

PĀRĒNTŌ, as, significat Parentibus iusta celebrò. § *ἡ παρῆντελῆ. ἡ παρῆντελῆ. ἡ παρῆντελῆ.* GAL. *Faire obseques, funerailes, services, banquets ou sacrifices aux peres ou meres, & aux trépassés.* ITAL. *Far essequie, mortori, & altre cosa di avola.* GERM. *Den abgestorbenen elteren oder altuor den ren tarzeit oder offerung begehñ* HISP. *Harer obsequias por padre, & madre, & otros muertos.* ANGL. *To do things which ar due to father, or mother or to the dead as funeralles, bankets and sacrifices.* § Licet etiam, ad alios transferatur. Plinius *lib. 18. c. 12.* Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damnata, vel (ut alij tradidere) quoniam mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando utique assumitur. Cicero 2. *de Legib.* Hostia autem maxima parentare, pietati esse adjunctum putabat. Idem 1. *Philipp.* Vt cujus sepulchrum nusquam extet, ubi parentetur, publice supplicetur. Ovid. 1. *Amor Eleg. 13.*

sic Memnonis umbras
Annua solenni cade parentet avis.
Senec. *c. 16. de cons. ad Polyb.* Parentare fratri xx. Legionum sanguine.

PĀRĒNTĪĀLĪS, e, adjectivum, ut umbræ parentales. Ovid. 4. *Trist. Eleg. 9. sive ult.*

Fama parentales, si vos mea contigit, umbra.
Et 13. *Met.* Parentali morituræ morte rebellant.

Dies parentales, quibus solennes epulæ ad mortuorum sepulchra solent afferri: quæ consuetudo primùm ab Ænea creditur manasse, qui solemnibus quotannis, domus patris sui manes placabat. Ovid. 2. *Fast.*

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus autor
Attulit in terras iuste Latine tuas.
Ille patris genio solemnia dona ferebat;
Hinc populi ritus edidicere novos.
At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis
Bella, parentales deseruere dies.

Flor. *l. 4. c. 2.* cum interim semesi cibi, parentalia fercula regio simul & humano sanguine maderent.

PĀRĒNTĪĀLĪĀ, otum, Convivia quæ in parentum, aut propinquorum functionibus fieri consueverunt. § *ἡ παρῆντελῆ. ἡ παρῆντελῆ. ἡ παρῆντελῆ.* GAL. *Sacrifices, obseques, & autres choses qu'on faisoit aux trépassés.* ITAL. *Conviti nelle essequie de morti.* GERM. *Maßzeit so man auff die begreubissen del elteren oder verfreundten vorzeiten gehalten hat.* HISP. *Sacrificios por los muertos.* ANGL. *Feastes made at a buriall.* § Dicta parentalia, teste Hieronymo in *Jeremiam*, quod hoc officij genus filij parentibus præstarent. Cicero 2. *Philipp.* An me censetis p. c. quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur. Cælius de arte dicendi: cum agerentur parentalia.

PĀRĒNTĪĀLĪS, *παρῆντελῆ*, Clausula orationis contextui interjecta, qua remota sensus manet integer: à verbo Græco *παρῆντελῆ*, quod est interpono, sive interfero. Parenthesis (inquit Valla) est interjectio orationis in sermone, qua remota sermo manet integer. Ea cum semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum per qui, aut si, aut per ut. Subdit deinde exempla cujusque membri: ut, Si modò culpam

culpam tuam fallus esse, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignovissit. Idem, id flagitij, si praesens vidisset pater (ejus severitatis est) te membratim discerpisset. Item, Si hanc illi noxam imponere pergis: (ut impudentissimus est) in te eam retorquet.

PARENTERIA, παρτερία. Istriæ oppidum est, cujus meminit Ptol. lib. 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile παρτερνός, Steph. PAREO, es, parui, paritum, unde pariturus participium, Videor, appareo. ἴδωμι παρέρω. GAL. Apparoirre, apparoir. ITA. Apparire. GER. Erscheinen/geschen werden. HISP. Aparecer. ANGL. To appear and be in sight. Martial. lib. 12.

Festinant trepidi substringere carbasu nautas Ad portum quoties paruit Hermogenes.

Virg. 1. Aeneid.

Cui pecudum fibra, caeli cui sidera parent, id est, à quo fibrae & sidera cernuntur, & peccatissime agnoscuntur: ut interpretatur Servius. Hinc fiunt composita. Appareo, idem significans quod simplex Pareo, hoc est, video Virg. Aeneid. 1.

Apparent vari nantes in gurgite vasto.

Compareo, vide suo loco. Dispareo, ἀφανίζομαι: à conspectu recedo, Transpareo, ἀφανίζομαι. Transluceo. Intercidum parere est obedire. ἴδωμι σχηματίζω. GAL. Obeyr. ITAL. Obbedire. GERM. Gehorchen. HISP. Obedecer. ANGL. To obey, to beas commandment. Virg. 1. Aeneid.

Paret amor dictis chara genitricis.

Iust. lib. 1. Vix patienter uni viro, necdum foeminae parituris. Terent. in Heccyr. Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem. Cicero. 7. Philipp. Non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini: sed ut conditiones ferret, leges imponeret. Idem de nat. deor. Eorum imperiis Remp. amplificatam, qui religionibus paruisent. Virg. 2. Aeneid.

tu nequa parenti

Iussa time, neu praecipis parere recusa.

Item, Optimè praecipis paruisi. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Qui sese parere apparent ejus legibus. Idem Asin. sc. 3. a. 3.

Tempore paret equus lentis animosus habentis.

Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist. Parere omnia, pro omnibus. Gell. c. 7. lib. 2. Omnia quae pater jussit, parendum. Et paulò post, Quaedam esse parendum, quaedam non obsequendum. Et Velleius, Parentem ante omnia & supplicem invenerunt: Ita ibi legit Passerius, Patentem omnia pro omnibus. Item parere in omnibus, & in quibusdam: item parere omnibus, dixit idem Gell. c. 7. lib. 2. Promissis parere, est praestare promissa Ovid. 5. Fast.

Parent promissis dissimulantque deos.

Parere intercessori, est deferre: id est, ut vulgò dicunt nostri Iuriconsulti, petenti cedere. Cic. 3. de leg. Parere jubet intercessori, quo nihil praestantius. Parere gulæ, est servire gulæ, sive indulgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.

Nil servire gula parens habet.

Parere, pro appareo, veteres dicebant, itaque scriptum est apud Siculum Flaccum. Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, intercederunt: & limites ipsi, id est, rigores, non parentibus lapidibus difficile inveniuntur. Et Frontinus, Ante Iovem limites non parebant, qui dividerent agros. Hyginus autem, Antiquæ mensuræ actus in diversum novis limitibus inciditur. Nam Terrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campaniæ finibus Minturnensium. Et apud Cic. in Oratione pro Roscio Comædo.

Parètur, impersonale. Liv. 9. ab Urbe, Quod postquam consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, fimatibusque cibo viribus arma capiat, dicto parètur. Habent autem hæc omnia priorem syllabam productam.

Parèphippius, παρèφίππιος, & Parhippus, παρèφίππος, qui præter rationem equestris disciplinae equos agit: quasi præposterus, sive imperitus equus, à præpositione παρèφ, quæ in compositione frequenter idem significat quod perverisè, sive præpostèrè: & nomine φίππιος, quod equestrem significat. Utitur hac voce Imperator in l. parephippium. C. de curs. publ.

Parèpigraphe, παρèπιγρφή, figura ubi quæ præcedere debuerunt, tacentur: ut tamen ex illatis percipi facile valeant.

Parèrgon. ἡ παράργον. ANGL. All thing besyde the principall purpose. Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: ut si pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, & aviculas, & hujusmodi addiderit. Plin. lib. 3. c. 10. Protogenes, quum Athenis celeberrimo loco, Minervæ delubro propyleum pingeret, adjecit parvulas naves longas in his quæ pictores parerga appellant. Sunt etiam (inquit Budæus) parerga corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id quod in stipulatione comprehensum est. Nam ἡ παράργον, est opus ipsum de quo actum est: Parèrgon autem, operis appendix, de quo nihil actum erat.

Parècharites, fori custos in navi L. g. b.

Parèsis, πάρεσις, Græca vox est, qua significatur remissio, vel negligentia: corporis & animi defectio, & languor, viriumque & corporis & animi extenuatio. Bud. in Comment.

Parètæcni, παρèτæκνός. Populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi juxta Elymzoz, montium incolæ, & latrociniò victum quæritantes, Meminit horum Herod. lib. 1. & Strab. lib. 11. & 16.

Parètonium, vide Paratonium.

Parhippus, vide Parephippius.

Parhypato, παρèφάτη χορδα juxta hypaten collocata.

Pariambis, παρèάμβις, tibiæ genus quoddam.

Pariambus etiam pes metricus, vide Pyrrichius.

Pariamæ, placentæ optimæ, quæ olim in fama erant, ab urbe Hellepontici. A Pario dictæ sunt, non à Paro insula. Casaub. in Athen. lib. 14. 15.

Parici, παρèκκός, inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Scaliger monet, legendum esse, non Parici quæstores, sed parricidi. Clausula verò, inquit, Parricida esto, in omni re capitali ponebatur. Cic. 11. de legib. sacrum sacro ve commendatum, qui clepit rapitive, parricida esto, i. capitale esto.

Pariedes, παρèίδης Ptolemæo. Pars Tauri montis, in finibus majoris

Armeniæ, ex qua Absarus fluvius oritur. Autor Plin. lib. 6. cap. 9 & lib. 5. cap. 27.

Paricenna, παρèκκός Ptol. lib. 2. c. 11. Germaniæ urbs.

PARIES, etis. Proprie est, qui in utroque ædium latere domum unam ab altera dirimit, differtque à muro, quòd hic proprie est lapideus urbis ambitus. ἰσοπέδιον ἰσοπέδιον. GAL. Paroy, ou mur. ITA. Parete, muro. GERM. Ein schiedwand. HISP. Pared. ANGL. A wall of an house. Cic. 6. Verr. His autem tabulis templi interiores parietes vestiebantur. Ovid. 4. Metam.

Fissus erat tenui rimæ, quem duxerat olim.

Quum fieret paries, domi communis utriusque.

Nunquid vidisti tabulam pictam in pariete, ubi Aquila Catamitum rapiebat. Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Parietes ruunt Idem Most. sc. 2. a. 1. Mardent in corde parietes. Ibid. sc. 3. a. 1. Perfossor parietum. Idem Pseud. sc. 2. a. 4. Venit Imber, lavit parietes, tigna perpluunt. Idem Most. sc. 2. a. 1. In eo conclavi perfodi parietem, qua commearus clam esset huic mulieri. Idem Mel. sc. 1. a. 2. Idem supra in argumento posteriore, medium parietem perfodit servus, commearus elanculum quæ foret amantum. Ibid. sc. 5. a. 2. Commearus trahit parietem, Alias, est trans parietem. Plin. lib. 3. c. 14. Quid non in Africa, Hispaniæque ex terra parietes, quos appellant formæcos, qui durant incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores? Intra domesticos parietes aliquid fieri dicimus, quum significare volumus aliquid domi nostræ fieri. Intra parietes disceptare, vel expectari, est amicitis domi, & extra cancellos forenses controversiam componendam permittere, Cic. pro Quintio, Siquid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure expectaretur, Paries intergetinus quis dicatur, vide in dictione Intergetinus. Paries cratitius dicitur ab aseribus, qui affecti transversique in modum cratis textuntur: unde Vitruvius, Allectarios parietes & transversarios appellat.

PARIÉTINÁ, Murus vetus, ac semitutus. ἰσοπέδιον. GAL. Vieille paroy ou mur, mesure. ITA. Parete à muro vecchio. GER. Ein alte haus wessliche wand. HISP. Pared vieja à cayda. ANGL. An old wall half broken down. Plin. lib. 22. c. 17. Astelicum herba est nascens in tegulis, parietinisque, folio similis ocimo. Idem lib. 26. c. 8. Nascitur maxime circa vetera monumenta, parietinæque, & inculta itinerum.

PARIÉTARÁ, æ, herba à parietibus in quibus nascitur dicta, muralis. ἰσοπέδιον, ἰσοπέδιον. Parietaire. ITA. Herba che nasce nelle tegole, à nel muro, parietaria, vitruvillo. GERM. Kraut das auff den mauren wachst. HISP. Albaracha de rio, à yerba de vidrio. ANGL. Feuersew. Plin. lib. 22. c. 17. appellatur parthenion, & perdicium, quoniam perdicces ea velcantur Dioscorides Helxinen appellat.

Parilia, pariliotum, vide Palilia.

PARILIS, e. Aequalis. ἰσοπέδιον. GAL. Pareil, esgal, semblable. ITAL. Parigual. GERM. Gleichlich, gleichförmig. HISP. Cosa ygual, à cosa pareja. ANGL. Equall, lyk. Luciet. lib. 2. Concharumque genus parili ratione videmus gignere telluris gremium. Ovid. 1. Trist. Eleg. 7.

Accipere, & parili reddere voce vale.

Idem 8. Metam.

Quosque alios parili fuerat dignatus honore.

Ibidem,

Sed pia Baucis anus, parilique atate Philemon.

PARILITAS, Aequalitas. ἰσοπέδιον. GAL. Egalité, pareille condition. ITA. Uguagliata. GERM. Gleichheit / gleichförmigkeit. HISP. Igualdad. ANGL. Equalitie, lykness. Gell. lib. 14. c. 5. Parilitas virtutum inter se consimilium.

Parilium sydus, sive Palilitium, ὁάδες, Signum cæleste, ex septem constant stellis, quas Græci ὁάδες, Latini Sucas appellarunt, Rationem nominis vide supra in dictione Palilitium.

Pario, as, par facio.

PARIO, is, peperit, partum, paritum, parere, hodie tantum est tertiz conjugationis, olim etiam quartæ. ἴδωμι παρέρω. GAL. Enfanter. ITA. Partorire. GERM. Gebären. HISP. Parir la muger. ANGL. To bring forth children. Ennius, Ova parire solet genus pennis, condecoratum Cato de re rust. c. 89. Gallinas teneras, quæ primum parierint, concludat. Alia exemplaria habent parient. Est autem parere, foetum emittere: quod proprie ad foeminas pertinet. Luciet. lib. 5.

sicut nunc foemina quaque,

Quum peperit, dulci repletur lacte.

Cic. 12. de Orat. Ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, quum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quintum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram. Ovid. Metam.

Quæ novam duo sunt, minimo, ut releverit dolore,

Utque marem parias, &c.

Accipitur aliquando parere (ut apud Græcos παρέρω) pro generare: ut etiam de viris dicatur: sed hoc rarissime, idque apud vetustissimos. Cæcilius. Hic vicinus noster peperisse se filium memorat, id est, genuisse. In Ciceronis 2. Tuscul. de Deianira, Vecoris Oenei partu Edita Quint, Et apud Tragicos, & jam leo pariet, at pater est. Plaut. Amph. sc. 2. a. 2. Tu (Amphitruo) Amphitruonem peperisti. Ego (Sofia servus) peperisti Sofiam. (i. genui.) & sc. 3. a. 4. Ego (Sofia Sofiam, Amphitruonem Amphitruo (peperisti). Qui scis an tu (Blepharo) fontè alium Blepharom parias. Et Quint. lib. 8. Pariet Leo. (i. generabit.) idem Amph. Anguinco repente hostes peperit seminio. (Cadmus.) Per transtacionem etiam accipitur pro Acquirere, & cum magno labore comparare. ἰσοπέδιον, ἰσοπέδιον. GAL. Acquerir, acquester. ITA. Acquistare. GERM. Ubertommen. HISP. Adquirir. ANGL. To gett or purchase. Cic. 2. Offic. Maxime autem & gloria paritur, & gratia defensionibus. Col. lib. 8. c. 1. Sequitur ut examina desideremus, ea potèd vel ære parias, vel gratuita contingunt. Virg. 11. Aeneid.

Ita ait, egregius animas, qua sanguine nobis

Hanc patriam peperere suo.

Ille nocte mihi Troia victoria parta est.

Ovid. 13. Metam. Maximas opimitates suis heris una mecum pariet, Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Neque ea quicquam pariant nobis ex se incommodi. Idem Most. sc. 1. a. 2. Parior simul atque parti sunt Gell. c. 17. lib.

lib. 16. Dum salus paritur, Partæ quoque ægritudines. Idem *cap. 1. lib. 6.* ¶ Parere ova dicuntur aves, pro ponere, & quod Varro *de re rust.* Faceie ova dicit. Plin. *lib. 10. c. 52.* Plurima ova pariunt struthiocameli. ¶ Parere verba, est nova fingere. Cic. *de finib.* Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendaque nova rebus nomina, ¶ Parire pro parere. Ennius: Ova parire solet, pen- nis genus condecoratum.

Pa' rō, eris. פָּרָה נולדה. Plin. *lib. 10. c. 52.* Ova exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Pueri simul atque parti sunt Gell. *c. 17. l. 16.* Unus olim, Nunc vero partus est geminus. (sup. Amphitruo.) Plaut. *Amph.* Vide plura in seq. dictione.

Partūs, a. um, participium à Pario in lucem editus. פָּרָה נולדה. *resel- d'p.* GAL. *Enfanté.* ITAL. *Partorito.* GER. *Geboren.* HISP. *Parido.* ANG. *Borne.* ¶ Virg. 6. *Æneid.*

— alius Latio jam parit ut Achilles,

Lucret. *lib. 5.*

Et genus omne quod est uteri, o semine partum.

Partam videtur accepisse Columell. pro ea quæ peperit, *lib. 7. cap. 4.* Singuli agni binis nutricibus submitendi, nec quicquam subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter consumetur, & parta nutrice confociata minus laboret in educatione scetus sui.

¶ Aliquando ponitur pro laboriosè comparatus, acquisitus. פָּרָה נִקְרָה. *אֲחֻזָּה*. GAL. *Acquis, acquisit.* ITAL. *Acquisito.* GER. *Überkommen.* HISP. *Acquirido.* ANG. *Goten or purchased.* ¶ Viginti minæ bonæ mala opera partæ. Plautus. *Asin. sc. 4. a. 3.* Fraude partæ lætitiæ. *Ibidem. sc. 4. a. 2.* Rem partam habent scenote, aut per- juris. Idem *Menach. sc. 2. a. 4.* Apul. partamque è multo tempore, & multo labore pecuniam, uno die consumpsit. Terentius in *Andria,* Nam mihi immortalitas Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit Cicero *de Leg. Agraria contra Rullum.* Libertas plurimo sudore, & sanguine majorum nostrorum parta, nobisque tradita. Idem *2. de Orat.* Ut ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur.

Partūs, us, nomen, pro ipso pariendi actu. פָּרָה לֵדָבָה רֵעָה, רֵעִים, כֻּנְיָא. GAL. *Enfantement.* ITAL. & HISP. *Parto.* GERM. *Ein gebürt.* ANG. *Delivrance of avoemen with chylid.* ¶ Cic. 1. *de nat. deor.* Diana adhibetur ad partus, quod ij matuescunt aut septem, aut novem luna cursibus. Plin. Quod à prægnantibus commanducatum, partum faciliorem facit. Propert. *lib. 2. Eleg. 3.* Non, non humani sunt partus talia dona. Ista decem menses non peperere bona. Virg. 1. *Æneid.*

Marte gravidæ geminam partu dabit Iliæ prolem.

¶ Per translationem etiam de arboribus dicitur. Plin. *lib. 12. c. 5.* Autumnno legitur ex æstivo partu Tibull. *lib. 4.* loquens de Messibus: *Tondeturque seges maturos annua partus.*

¶ Aliquando accipitur pro scetu ipso Martial. *lib. 1.* *Nec jacuit partus, sed matre cadente cecurrit.* Plin. *lib. 8. c. 32.* Editos partus exierunt cursu. Ovid. 6. *Metam.* *Et genitrix facta est, partus enixa gemellos.*

Item pariendi tempus. Cic. *pro Cluentio.* Nam quum esset gravida Aurtia fratris uxor, & jam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit.

Partōr, is, qui peperit, & acquisivit. פָּרָה קוֹנֵה. *ὄτρικος, κτίστης κτην- ὄφθ.* GAL. *Acquereur, qui a acquis.* ITAL. *Chi acquista.* GERM. *Ein überkommen.* HISP. *Acquiridor.* ANG. *A porchasser.* ¶ Plaut. *Truc. Quos* quum celamus, sic facimus conscios. Qui nostræ ætati tempestivè temperant, unde ante parta Demus post pastoribus.

Partū à æ, est ipse pariendi actus. פָּרָה לֵדָבָה. *פָּרָה*. GAL. *Enfantement.* ITAL. & HISP. *Parto,* GER. *Ein gebärung* ANG. *Bringing forth of children.* ¶ Varro *lib. 2. de re rust. c. 1.* Demes si vis duas res de mulis, admissuram & parturam, aliqui legunt perperam parturam.

Partiō nis, ejusdem apud veteres notionis. Plaut. *Truc.* Horresco misera, mentio quoties sit partionis. Gell. *lib. 10. c. 2.* Eumque finem esse dixit, multi jugæ hominum partionis. Idem *lib. 3. c. 16.* Sed nono mense, aut decimo, neque præter hos, partionem mulieris fieri existimasse. Varro *l. 3. c. 5.* hæ enim gallinæ ad partiones sunt aptiores.

Partitūdo, & partitudo, inis, Pariendi actus, antiquum Plaut. *Aul. sc. 1. a. 1.* Neque jam quo pacto celem herilis filie probrium, propinqua partitudo cui appetit Et iterum *sc. 5. a. 1. ibidem.* Probrium atque partitudo prope adest.

Partula, æ. Dea quæ puerperis præerat. Tertull. Hæc æstimando etiam supersticio Romanam Deam finxit Alemonam alendi in utero foetus & nonam & decimam à sollicitioribus mēsis, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem: nos officia divina, angelos credimus. Et tamen sic à Gellio proditum, duæ Partæ à Latinis, una à partu noni mensis *Nona*: altera ab enixa decimi mensis *Decima* dicebatur: accedebat tertia, quæ *Parca* dicebatur, quasi parta mutato t in c.

Partūto, is. Desiderativum à pario, In pariendo laboro, laboro, ut paria, פָּרָה תִּבְוֵל. *ὄδω.* GAL. *Estre en travail d'enfant, s'efforcer de produire.* ITAL. *Partorire.* GERM. *Gern wöllen gebären / in tindsbanden oder tindsudren ligen.* HISP. *Estar la muger de parto.* ANG. *To travail to be in labour.* ¶ Parturite uxor occipit tua. Pl. ut. *Amph.* Idem *Aulul. sc. 5. a. 4.* Clamat, parturit. Et Sueton. in *August. cap. 94.* Parturit Naturam regem. Plin. *lib. 20. c. 21.* Vtique constat parturientes foliis substratis celerius parere. Varro *lib. 3. de re rust. c. 9.* In cubilibus quum parturient, acus substernendum: quum pepererint, tolle substamen. Cicero. 2. *Philipp.* Vtinam aliquando dolor pop. Romani pariat, quod jamdiu parturit.

Parippatiatus, *παριπατίατος*, equiso, parefienarius, Gl. g. b. Meurs. Partūs, idis, πάρις, Priami Trojanorum regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus, cujus matris quum illa se facem ardentem parere somniasset, conjectores responderunt fore ut filius, quæ in utero gestabat, causa esset Trojani excidij. Qua re cognita: Priamus puerum, ubi primum fuit natus, Archelao servo exponendum tradidit. Contra Hecuba tum materno affectu, tum infantis forma commota, curavit ut factum nutritetur à pastoribus in Ida monte. Vbi cum adolevisset, Oenomena virgunculam amavit, & compressit, suscepitque ex

ea duos filios. Potè quum in dirimendis controversiis esset æquissimus maximam justitiæ famam sibi comparavit, adeo ut orta inter deas, Junonem, Palladem & Venerem disceptat. one de forma, propter amicitiam à Jove cælitus demissum in quo scriptum erat. Detur pulcherrimæ: judex sit ab eis constitutus. Quas quum vidisset nudas sententiam secundum Venerem tulit, quæ pulcherrimam sceminaum illi uxorem promiserat, neglecto regno, quod pollicebatur Juno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Propterea quum esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Trojam agebatur, cum alios omnes superavit tum etiam Heclorem: qui quum iratus quod ab inbecilliore vinceretur, gladium in eum stingeret, pastoriem esse eum putans. Paris illi aperuit, se ejus fratrem esse germanum: quod & allatis cæpundiis probavit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde constructis viginti navibus per speciem legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: ubi à Menelao hospitio est susceptus. Verum quum illa necessaria de causa in Cretam navigare cogeretur, Iaris sibi occasionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alij tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenæque pulchritudine captum Spartam expugnasse, illamque etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam dignam visam esse, quæ à viro, atque à tota Græcia tantis opibus repereretur. Ita Helenæ rapitum esse, deinde secutum bellum Trojanum, in quo singulari certamine cum Menelao congressus, quum penè vinceretur à Venerè pugna subtractum Postremo Heclore & Troilo fratibus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus plurimum valebat Achillem sub pretextu desponsandæ Polyxenæ sororis in templo Tymbrai Apollinis interfecisset, eum quoque à Pynho, sive (ut aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post ejus mortem Helenam Deiphobo nupsisse. Ovid. in *Epist.*

Bella gerant alij, tu Paris semper ama.

Pa' rō, is. Parisiorum, populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluvium, inter Senones, & Bellovacos: quorum caput est Lutetia, optima: tum omnium disciplinarum patens, olim in Sequanæ insula sita, hodie verò prolatis identidem pontibus tantopere aucta, ut nulli potentissimarum urbium merito debeat possideri. Vide Casarem *lib. 6. comment.* & Etol. *lib. 2. cap. 8.* Vulgò Paris.

Parissimus, fit à Paris. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 4.* Parissimi estis iibus. (i. is, antiquè. Vid. sup. in Par.

Pa' rō, is, adverbium, Ex æquo æque æquabiliter. פָּרָה יָחָד. *ἰσως* GAL. *Parilemēt, semblablement.* ITAL. *Parimente, ugualmente.* GER. *Zugleich / gleichlich* HISP. *Igualmente, y semejantemēte.* ANG. *Equallie, à lik.* ¶ Pariter hoc fit atq; ut alia facta sunt. Plaut. *Amph.* Paritem & matrem commemoratque pariter qui fuerunt sibi. Idem *Men. sc. ult. a. 5.* Ecce hoc pariter atque alias res soles. *Ibid. sc. 1. a. 5.* An o pariter simul. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Pariter peiie amando. *Ibid. sc. 5. a. 1.* Si manum tollet, pariter proferto manum. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.*

Cantantur pariter, pariter dare pensa trahentis.

Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Mecum pariter potant, &c. Hanc quidem quam nactus prædam pariter cum illis partiam Plaut. *Asin. sc. 2. a. 1.*

Quique refert pariter lentis ad pectora ramos.

Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Confer gradum contra pariter Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Participem pariter ego te, & tu me facias. Idem *Aul. sc. 3. a. 1.* Idem *Ibid. sc. 4. a. 1.* Vbi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto. Et *Caps. sc. 2. a. 2.* Ut ea quæ sentio pariter scias. Nævius, ut pariter dispartiantur bona patris. ¶ Aliquādo convenienter, *οὐκ ὀκνῶ.* Titin. Næ tu istam adepol inedia extulisti pariter, ut dignum fuit.

¶ Aliquando similiter, *ὁμοίως.* Plaut. in *Aul.* Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat filium pariter moratum, ut pater atque avus ejus fuit. ¶ Est & adverbium coniegandi, significans una, simul. Cic. 1. *Tusc.* Pariter cum vita sensus amittitur. Salust. *Jugurth.* pariter cum occasu Solis.

Partitūra, Partitudo, vide Partus.

Partium, *πάριον*, Troædis oppidum ad Propontidem, teste Strabone *lib. 1.* à Milesiis, Erythraïs, Paritque conditum, iuxta quod, teste Plin. *lib. 7. c. 2.* Gentes fuerunt quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ietus levare solitæ, & manu imposita venena extrahere corpori, quorum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse autor est. Varro saliva sua serpentum ietibus mederi solitos. In eodem oppido, teste Plin. *lib. 16. c. 5.* Cupido nudus fuit par Veneri Gnidie nobilitate & industria.

Partūs, a. um, *παρίσιος*, adject. Vnde Parius lapis, sive Parium marmor quod candidum erat, & sculpturis aptissimum. Virg. 1. *Æneid.*

Parīsius lapis circumdatur auro.

Parlamentum. GAL. *Parlement*, proprie est colloquium. ¶ Est etiam *Parlement* suprema curia alicujus Principis urbis, tanquam dicas curiam colloquij.

PARMA, æ, Bieve scutum rotundum, quo milites utebantur. פָּרָה יִשְׁנָה נָה *πάριον*. Suidæ. GAL. *Targua, rondache, bouclier.* ITAL. *Targa, brocciero.* GERM. *Ein runder schilt der fustknacht, ein rondel* HISP. *El broquel.* ANG. *A buckler which men of warre use.* ¶ Dicitum quod à medio in omnes partes esset par, ut inquit Varro. Virg. *lib. 11.*

Ense levīs nudo, parmæque inglorius alba.

Hoc scutum Græci, autore Plin. vocant pelram, *παραίω* Liv. 8. *ab Vrbe,* Quem cuspide parmæque innixum, attollentem se à gravi casu Manlius à jugulo, ita ut per costas fenum emineret, terræ affixit.

Parmam, hastamque tenenti, &c.

Ovid. 13. *Metam.* Parma seu quis dextra velit, seu larva tueri. Tibull. *lib. 4.*

Parma, ūs, a. um, Parma testus. פָּרָה יִשְׁנָה נָה *παραίω*. GAL. *Car- ny ou armé de rondache.* ITAL. *Armado di rotella.* GERM. *Mit einer rone disen gerüstet oder bewaffnet.* HISP. *Armado de broquel* ANG. *Arméd with a buckler.* ¶ Liv. 4. *ab Vrbe.* Dat signum Volscis Imperator, ut parmatis novæ cohorti hostium locus detur.

Parma, ūs, diminutivum. פָּרָה יִשְׁנָה נָה *παραίω*. GAL. *Petite rondelle.* ITAL. *Picciola rotella.* GER. *Ein kleines rund schiltlin der friegsknacht.* HISP. *Pequeño broquel.* ANG. *A litle buckler, or targate.* ¶ Horat. 2. *Carin. Ode 7.* *Tuum Philippus & celerem fugam*

Sensu reliqua non bene parmula.

Parmularius, parmularij, Gladiator, qui parmula utebatur, quique parmulas facit & vendit. ... GAL. Un rondelier. ITAL. Maestro di rotelle. GERM. Der solche runde schilt zu dem streit braucht oder macht. HISP. El que usa mucho del broquel. ANG. That used a bruckler. ...

Parmia nomen est fluvij, a quo Parma urbs in Insubribus celeberrima appellata est. Hæc patria fuit Cassij poetæ, & Macrobij, viri ingenio & doctrina præstantis. Parmensis, Incola & habitator urbis Parmæ. Cic. 4. Philipp. Refugit animus p. c. que reformidat dicere quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & conjugibus effecerit.

Parmenides, παρμενίδης. Eleates philosophus, Xenophanis auditor, atque amicus, a cuius nomine Plato Dialogum, quem de deis conscripsit, Parmenidem appellavit. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicemque eam esse dixit: unam quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. Prius deprehendisse dicitur eundem esse Luciferum & Heiperum, alij Pythagoram dicunt. Auctores Stridas & Diogenes Laërtius. Hic censuit sempiternum, atque immobile esse universum, quod maximè unum secundum veritatem rerum subsistat: solum enim esse simplex, & intrepidum, atque ingenitum: generationem vero eorum esse, quæ falsa existimatione videntur esse, quum non sint. Sensus autem semovendos a veritate putat. Affirmat enim, si quid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem non esse in rebus, & sic ens viventium sibi relinquitur: terram vero densioris aëtis defluxu factam arbitratur.

Parmenio, παρμενίων, unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonici, qui eum in Asiaticam expeditionem est secutus, cujus frequens est mentio apud Curtium.

Parmeno, Parmenonis, παρμενίων, personæ Comicæ nomen apud Terent. Eunuch. δὸν ἔπαρμενίων, hoc est, a diutius commorando (ut videtur) impositum.

Parmularius, vide Parma.

Parnacides, vestes appellabantur puellares. Varro de liber. educ. Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, & parnacidas quàm togas, Nonius.

Parnassus gemino fl. (nam apud Stephanum & Suidam legitur παρνακίδης) mons est in Phocide. ut autor est Plin. lib. 4. c. 3. & Strabo lib. 8. & 9. Ein hoher berg in Phocide / Baccho vnd dem Apollini zugehörig, gnet, & duos vertices habens, quorum unum Thitorea vocari, alterum Hyampæum, Herodotus in Urania tradit. Cithæron autem & Helicon, quos Servius male putavit esse Parnassi juga montes ab hoc diversis, & disjuncti sunt, ita, ut Helicon a Parnasso circiter quindecim passuum millia, Cithæron vero triginta distet. Est autem (sicut docet Strabo) Helicon Parnasso æmulus & altitudine, & circuitu. Quin etiã Musis natale solum in nemore Heliconio scriptores assignat. Cyrtha vero & Nyssa, quas nonnulli etiam tradiderunt esse Parnassi vertices, nomina sunt civitatum: Cyrtha sub Cyrthi rupe Parnassi, in planitie mare versus, locata est: Nyssa vero, non in Parnasso, sed in felici Arabia sita est: in qua cum Bacchus nutritus esset, in ejus memoriam ipse postea aliam in India condidit. Est igitur Parnassus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini Ovid. 1. Metam.

Separat Aonios Aëlais Phocis ab arnis, Terra ferax.

Mox addit,

Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superæque cacumine nubes.

Lucanus lib. 5.

quantum semotus Eos,

Cardine Parnassus, gemino petit athera colle.

In hoc monte rupes, vel majestate numinis, vel situ ipso horrorem videntibus incutit, undique ferè præceptus in formam theatri, Hic est Apollinis Delphici templum, hic fons Castalius, Musis sacer, Hic habitaverit Pieres, natio Thraciæ: unde Pierius mons, & Pierides Musæ, sub Parnasso habitaverunt Hyantes populi. Unde aquam Parnassi fontis Hyantida dicunt. Hic fontes Atticam versus, Hippocrene & Aganippe.

Parnassius, a, um, παρνακίος, παρνακίδης. Virg. 7. Eclog.

Nec tantùm Phœbo gaudet Parnassia rupes.

Parnus, παρνος. Nauta fuisse fertur pauperculus, qui ob amissam naviculam, cum obviis quibusque litigabat. Hinc adagium, Disceptare ob Parni scaphulam, id est, ob res minutulas multum movere litium & querelatum. Erasim. in Diogeniano.

Parnes, παρνης, mons est Atticæ regionis, tam masc. quàm fem. gen. ut probat Steph. Stat. 12. Thebaid. — Parnesque benignus.

Paro, nis, navis prædatoria.

PARO, as, Instruo, apparo præparo. & פָּרָהּ hechin פָּרָהּ tichchen. פָּרָהּ פָּרָהּ. GAL. Appareiller, apprester. ITAL. Apparechiare, metter à ordine. GERM. Xüsten/bereiten. HISP. Aparejar. ANG. To prepare, to make ready. & Parare in obsidione dicitur munire, ut vulgò remparer & necessaria comparare ad repugnandum. Salust. in Jugurth. 101. Pariterque oppidani aggere oppugnare, aut parare omnibus locis: Rursum: Contra hæc oppidani festinare, parare. Plaut. in Milit. Itaque ego paravi hic intus magnas machinas. Terent. in Andr. Revictor postquam quæ opus fuerit ad nuptias Gnatae, paravi. Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Ibo igitur, parabo, (i. ad: nabo nuptias.) Dum hunc sacrificio, fac paratur prandium. idem Amph. Mihi ego navem paro. Idem Mil. sc. 1. a. 2. Dabit, parabit aliquid hos dies. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ibo domum, ut parentur quibus paratis opus est. Idem Men. sc. 5. a. 5. Intus para, cura (de coena.) Ibid. sc. 2. a. 2. Ades cum sunt paratæ, expolitæ, factæ pro-

bè. Idem Most. sc. 2. a. 1. Tibi paratum, ut pereas. Idem Milit. sc. 3. a. 2. Ex parata imparatam, rem mihi facis. Idem Capt. sc. 4. a. 3. Parasito ut sit paratum prandium. Idem Curc. sc. 2. a. 2. Quando vis venci, parata res erit. (de prandio.) Idem Men. sc. 3. a. 1. Omne paratum est (de prandio.) Ibid. sc. 4. a. 3. Omnis res parata est, nos quibus paratum est assummus (de coena.) Idem Curc. sc. 3. a. 2. Cui nec paratus numus argenti fiet. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Viginti usus filio argenti minis, face jam id sit paratum. Volo parare piscatum mihi. (i. pilces.) Idem Most. sc. 1. a. 1. Heu istoc verbo vindictam para. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Item,

Adversisque parant acies, concurrere signis.

Tibull. lib. 4.

Cum tu terga daves, inhonestaque vela parares,

Ovid. 13. Metam.

Nec gener hoc nobis more parandum erat,

idem 4. Fast. Cæf. 5. bell. Gall. Nevios Aduaricósque bellum Romanis parate. & Ita paratum est, inquit Plaut. in Pæn. id est, ita deliberatum est. & Significat aliquando idem quod comparo, acquirō. πρῶτον, ἰτίμαζον. Terent. in Eunuch. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius. Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, ut quod plura haberes, acrius, quàm si non haberes, cuperes. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Mores sibi meliores parent. (i. quærant, comparent.) & Hujus composita sunt Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Disparo, quod est Separio, Equiparo, Præparo, quæ habent penultimam correptam.

PARATUS, particip. aut nomen ex particip. & πῶς μάχην. παρῶν δουδῶν, παρῶν δουδῶν, ἰβνὰδῶν. GAL. Appareillé. ITAL. Apparechiato, prestò. GERM. Gerüst/bereitet. HISP. Aparejado. ANGL. Ready or made ready. & Terent. in Andr. Omnia parata jam sunt intus. Ibidem, Summum bonum esse hęc putabam hunc Pamphilum, Amicum, amatorem, virum quovis in loco paratum. Vbi Donatus, Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt. Ovid. 3. Fast.

Instabant acies ferro mortisque parata.

Cic. 2. de Leg. Fuit enim hic vir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam civis à Republica maximè, tuendæque civitatis paratissimus. Paratissimo animo sustinere. Hircius 8. bell. Gall. jungitur aliquando infinitivo. Cæf. 3. bell. civ. paratus omnia perpeti. Aliquando accusativo cum præpositione ad Cic. ad Toranium, lib. 6. Paratus ad omnem eventum. Aliquando dativo. Quint. lib. 8. c. 3. idem certamini paratior.

PARATUS, us, substantivum, apparatus. & פָּרָהּ מַחְסֵבֹנֶת. פָּרָהּ מַחְסֵבֹנֶת ἰβνὰ. GAL. Appareil. ITAL. Aparechho. GERM. Xüftung, bereitung. HISP. Aparejo. ANGL. A making ready. & Quint. lib. 10. c. 1. Copiosius verbo um sit paratus, id est, apparatus. Tacit. 1. 13. Proviso ante funebri paratu, qui modicus erat. Opus impar vestris paratibus. Ovid. 3. de Ponto Eleg. 4. Induta Tyrios paratus. Idem 3. Fast. id est, induta Tyrio vestitu sive cultu. Liv. lib. 19. ab urb.

PARATUM, in neutro genere. Terent. in Eunuch. Parati nihil est.

PARATE, adverbium, promptè, & expeditè. & פָּרָהּ מַחְסֵבֹנֶת. GAL. Avec appareil. ITAL. Prontamente, apparecchiamente. GERM. Mit bereitung / bereit samlich. HISP. Con aparejo. ANG. Ready. & Plaut. in Epid. Vt parate eam præmeditatam meis dolis, astutiisque Onustam mittam. Cic. de clar. Orat. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quàm parate. Idem 1. Offic. Dimicaretque paratius de honore, & gloria, quàm cæteris commodis. paratissimè respondit: hoc est, promptissimè, Plin. Epist. 9. lib. 3.

PARITAS, freq. Plaut. in Merc. Quid tu ais? quid cū illuc quod nūc ire paritas, veneris. Idem in Ps. sc. 5. a. 1. Paritas auferte à me viginti minas.

PARABILIS, e, quod in promptu est, & citò haberi potest. & פָּרָהּ מַחְסֵבֹנֶת. GAL. Qui se peut facilement apprester ou acquerir. ITAL. Che si può acquistare, che si può apparecchiare. GERM. Das wol zu ubertommen ist. HISP. Cosa que se puede aparejar. ANGL. That is in readinesse, or that is ready, or easilie gotten. & Seneca, Ad manum est, & parabile, quod sat est, qui ad naturam vivit, nunquam est pauper. Cic. 1. de finib. Ipsa natura divitias, quibus contenta est & parabiles, & terminatas habet. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Non ego, namque parabilem amo venerem facilèque.

Curt. 1. 6. Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitòque parco ac parabili victu adimplenda naturæ desideria defungi, ut peregrina, & evictarum gentium mala impulerat.

PAROCHUS, i, πάροχος, quasi præbitor, Qui & Xenoparchus, teste Budæo, δὸν ἔπαροχόν hoc est, a præbendo dicitur. ANGL. A neighbour or paris hioner. Erant enim Parochi, qui Legatis publicè Romam missis, cæterisque alicujus dignitatis hospitibus, salem & ligna præbebant: ut annotavit Acron. in illud Horatii ex lib. 1. Serm. Satyr. 5.

Tum parochi, qua debent ligna salèque.

Hi Latino verbo Copiatij dicti sunt, teste Porphyrione, quod omnium rerum necessariatū copiam, regum, populorumque Legatis suppeditabant. Nam quamvis Horatius salis tantum & lignorum meminerit, eorum tamen appellatione videtur esse complexus, quæcunque sunt hospitibus necessaria. In hac significatione hoc nomine usus est. Cic. 1. 3. Epist. ad Attic. Ariarathes (inquit) Ariobarzani filius Romam venit: vult, opinor, regnū aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Omnino eum Sestius noster parochis publicis occupavit: quod quidem facilè patior: veruntamen quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me diversetur. & Horat. lib. 2. Serm. sat. 8. Parochum videtur posuisse pro convivatore.

vertere pallor

Tum parochi faciem nil sic mesuentis, ut acres Potores.

& Sunt qui Parochon etiam accipi putet pro auspice nuptiarum, seu paranypho: ejus originè referentes ad verbū πάροχος, eo quod in curru nuptiali unà cum sponso & sponsa veheretur. Nā ut Pausanias scribit, in Græcia moris fuit, ut in curru nuptiali tres tantum sederent (sponsa media cujus alterū latus clauderat sponsum, alterū què vocabant πάροχος, vel qui amicitia, vel sanguine esset conjunctissimus, vel cui ob dignitatem plurimum deferrent. Hæc Cælius. & Parochus etiam usitate dicitur, qui præest Ecclesiæ alicui regendæ. & Ein Pfarrer & Parochia,

Parochia, i. diocesis. Budæum sequentes dicimus *parœcia*. Est autem parœcia actus parœci, i. accolæ. {GER. Pfarre. ITA. Parrocchia. GAL. Paroisse. }

Parochianus, & **Parochialis**, ad parochiam pertinens.

Paroculi, à paribus oculis dicuntur. Suet. in li. de claris rhet. de Sext. Claudio, Malè oculus & dicax, par oculorum.

Parodontides, παροδοντιδης, sive Parulides, παραλιδης, Tubercula juxta gingivas, quum caro in gingiva excrevit. Vide Cels. lib. 6. c. 13.

Parœcia, παροικια, cum æ diphthongo. Accolarum cõventus, faciãque vicinia δὲ τῆς παροικίας, hoc est, ab accolèdo, vel juxta habitando. {GAL. Paroice, vulgò Paroisse. ANG. A parish. } Aug. lib. 14. de civit. Presbyter fuit quidam nomine Restitutus in parœcia Calamentis Ecclesiæ. Parœci dicuntur ipsi accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, ejusdè scilicet fani cõsortes, GAL. Paroiciens, vel ut vulgò Paroissiens. Quod si Latine loqui magis placet, Latine sciētibus Curia dici possūt: unde cutiones olim dicti, & παροικιοί, ipsi curiales. Ex Bud.

PAROEMIA, παροιμία Definitore Donato accommodatum rebus, temporibûsque Proverbium. Diomedes sic definit, Parœmia, inquit, est proverbij vulgaris usurpatio, rebus, temporibûsque accommodata. Erasim. in princ. Adagiorum.

Parœmiacus, a, um, παρομιαικός, ή, όν, ad parœmias pertinens.

Parœmiographus, παρομιιογράφος, qui parœmias scribit.

Parœnia carmina, quæ ad vinum canuntur. παρονια ασμύρα.

PAROMÆON, παρομοιον Est similitudo verborum in oratione, quemadmodum Paronomasia nominum dicitur similitudo: ut si dixeris aliquem arare, non orare, est paromæon: si verò non oratorem esse dixeris, sed aratorem, paronomasia est. { Alij Paromæon interpretantur vitium orationis, quum ab iisdem lit. ris diversa verba sumuntur, cujusmodi est illud.

O Tite tute, Tati tibi tanta tyranne tulisti. Beda.

PAROMOLOGIA, παρομολογια, dici potest confessio: figura quum aliquot res concedimus ad versatio: deinde inferimus aliquid quod aut majus sit quam superiora: aut etiam omnia, quæ posuimus, infirmet. Exemplum esse potest illud Cic. pro L. Flacco. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, si qua alia sibi sumuat non repugno: testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit: totiusque hujusce rei quæ sit vis, quæ autoritas, quod pondus, ignorant.

PARON, is, παρον. Navigij genus à Paris primùm excogitatum, ut refert Aristoph. interpres. Vnde & Myoparones quidam appellatos putant, quod genus navigij piratici esse creditur mediam autem habet formam earum navium, quæ in Myunte & Paro insulis fieri solent. Vide Bayf. de re navali. Require *Paro*, nis.

PARONOMASIA, παρονομασια, Latine agnominatio, quum aliquod nomen ab alia voce quidem simili, verùm significatione diversissima petitur. Terent. in Andr. Nam inceptio est amentium, haud amantium. Quando autem hoc non ex hominũ, sed ex verborum similitudine contingit, *Paromæon* à quibusdam appellabatur Vide *suprà*.

PARONYCHIA, Abscessus circa radices unguium, reduvia { παραonychια GAL. Apostume, qui vient à la racine des ongles. ITA. Paneraccio. GERM. Der finger vorn so zu ring umb den nagel frist das er mit schmerzen abgehnuß. HISP. Panarizo d' uñero. ANG. A felon or in postumation that cometh under the rootes of the nayles. } Plin. lib. 23. c. 3. Gingivarum inflationibus, paronychii, sordidisque ulceribus, & putrescentibus, Dicta paronychia à παρά ad, & ὄνξ unguis, quasi ad unguem. { Est item paronychia frutex quidam in petris nascens, peplo similis, brevior tamen stipite, & foliis majoribus. Nomen habet à re ipsa, propterea quod paronychii medeatur. Autor Diosc. lib. 4.

PARONYMON, παρανομιον, Nomen ab alio derivatum: Grammatici vocant Denominativum.

PAROPAMISADA, παροπαμισαδα. Populi Asia, qui (sicut refert Ptol.) ab Oriente, parte India: ab Occasu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachosia. Meminit horum & Plin. lib. 6. c. 20. & 23.

PAROPHIS, παροψις. GAL. Plat ou escuelle. ITA. Piatto d' scudella. GERM. Ein runde platten oder essschüssel. HISP. El plato grande para el manjar. ANG. A dis her potenger. Obsoniũ, quod alij additur instar cõdimenti, ut pani adscitur obloniũ: sic obsonio paropsis, sive ea fuit maza, sive jusculi genus quoddã, sive aliud ὀβονια ἔδιουα, quod & παροψις vocabat, quasi dicas secundariũ quoddã opsoniũ Casaubonus in Ath. lib. 9. c. 2. { Item vas mensariũ, in quo obsonia apponuntur. Mart. l. 11. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Hæc em.

Suet. in Calig. cap. 12. Ordinario quidem dispensatori breviarium rationum officenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia potrexisse.

PAROS, πάρος. Insula est una ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus distat, ex quo Parus lapis advehi solet, colore candido, & statuis exculpendis aptissimus. Virg. 3. Æneid. Ole iron, niveãque Paron, sparsãsque per aquor Cycladas.

PAROTIS, idis, Apostema ad aures. { παραυτις. GAL. Aposteme entour on derriere les oreilles. ITA. Apostema dietro le orecchie. GERM. Ein Knoud oder geschwãr so hinder den ohren wãchst. HISP. Hinchazon de tras las orejas. ANGL. A felon or apostume behind the eares. } Cels. lib. 6. cap. 16. Sub ipsis verò auribus oriri parotides solent, modò in secunda valetudine ibi inflammatione orta: modò post longas febres, illuc impetu morbi conversio: abscessus genus est. { Dicuntur etiam parotides, (inquit idem Cels.) a τριζα dux, dextra sinistraque juxta guttur, quæ sursum procedentes ultra aures feruntur. { Quin & ipsi aurium cincinnati, apud Iul. Pollucem vocantur parotides. Itemque partes his subjactæ, quæ à faucibus ad malas pertinent. Græci enim παρα ad, ὠτις aureis dicunt. Solent etiam juxta dentes, in gingivis oriri dolores, quos Græci παραριδας, appellant. Plinius lib. 20. c. 1. Parotidas & panos sanat.

PAROVALLI, pardorum curatores L. g. b.

PAROXYSMUS, παροξυσμος Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξυσμος enim est incitare. { ANG. A fritte, or course of feuer or other disease. } Hoc etiam nomine Græci appellant Accessum febris, hoc est, exasperationem, quæ statis temporibus fieri consuevit.

PARIA, genus avis inauspicatæ. Horat. lib. 3. Carm. Impios parra recinentis omen Ducat & pragnans canis, aut ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino.

Plin. lib. 18. & 19. Aven partam oriente Sirio, ipso die non apparere donec occidat. { Est etiam parra avicula, alias pardalus vocata, quæ magna ex parte gregatim volat, coloris tota cineræ, minor turdo, Plin. lib. 18. cap. 29.

PARRHÆSIA, παρρησια. Regio in relopenneso, alio nomine dicta Arcadia Lycaonis patria. Vnde Parrhasius, a, um, παρρησιος, παρρησιος, pro Arcadico. Virg. 8. Æneid. Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum Retulit, & gelida monstrat sub rupe lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycei. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludicra illi sacra, nobis Lupercalia dicta. Ovid. lib. 2. Fastor. Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

PARRHÆSIS, παρρησις, Patronymicum est fœmininum à Parrhasia: hinc Parrhasis urbs apud poetas pro polo arctico, quod Callisto quàm à Iove compressam, atque in hoc signum conversam fabulantur, Lycaonis Parrhasiæ, hoc est, Arcadiæ, regis filia dicta sit. Lucan. lib. 2. — sed nocte sopora Parrhasis obliquos Helice quum verteret axes. { Hinc Parrhasides stellæ, apud Ovid. 4. Fast.

PARRHÆSIUS, παρρησιος, nomen pictoris Ephesij, qui cum Zeuxide incertamen picturæ descendit: & quum Zeuxis detulisset uvas pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent, ipse Parrhasius detulisse linteam pictam traditur, ita veritate representata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo, ostendi picturam: atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aves fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Hic primus symmetriam picturæ dedie: primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit. Autor Plin. lib. 3. c. 10. Horat. lib. 4. Carm. Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas, Hic saxo, liquidus ille coloribus, &c.

PARRHÆSIA, παρρησια, licentia, fiducia, confidentia. Gloss. propriè est loquendi libertas, à πα & ῥησις, dictio. Scal. lib. 3. poet. c. 55. Figura hæc videtur à M. Tullio effenatio appellati, Duriã tamen sanè voce, atque indigna viro vel sapienti, vel etiam civili, à quo neutique auferas παρρησιαν. Scitè poeta interpretatur, Det. inquit, libertatem sandi. Est ergo 1. actio liberè loquendi, 2. fiducia animi, ex qua illa fluit. 3. loquendi evidentia, quæ ex fiducia rei & notitiæ certæ oritur.

PARRICIDA, α, πατρακτορας, παρπαλοιας. GAL. Parricide, qui a tue son pere ou sa mere, ou autre parent. ITA. Parricide. GERM. Ein vatters mörder / der sein vatter oder muter erdodt. HISP. El que mató padre d' madre. ANG. That killeth father or mother. { A patre deducitur, t in r commutato. Alij volunt parricidam per syncopen dici, quasi parenticidam à nomine patens. Propriè enim parricida dicitur parentum interfector, aut qui patriæ (quæ parentis loco piè sanctæque est hominibus colenda) excidium, aut vim attulerit. Cic. pro Rosc. Amer. In sui in culcum parricidas vivos, atque ita in flumen dejici voluerunt. Idem in Paradox. Patrem vita privare, si per se scelus est. Saguntini qui parentes suos liberos emori, quàm servos vivere maluerunt parricide fuerunt. Idem in Catil. Certè verendum mihi non erat, nequid hoc parricida civium interfecto invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Horat. 3. Carm. Ode 29. Telegoni juga parricida. Postea tamen lege Pompeia cautum est, ut is parricidij teneatur, non solum qui patrem & matrem interfecerit, sed qui fratrem, sororem, patruelum, filium, filiam, nepotem, nurum, aliòsque propinquos occiderit. { Primus parricida Romæ, L. Ostius. Et quando, plutarch. in Romulo. { Item in Parricidas nullam legem tulit Romulus. { Vsurpatut interdum pro quo vis, qui hominis eadem, faciat, sive ille propinquus, sive alienus sit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Si quis libeium hominem morti sciens duit, parricida esto. { Et Parricidæ nomen de eadè quavis dici. Idem plutarch. ibid. Vnde dictum, Priscian. lib. 1. Parricida (i. sicarius.) plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Convicium.

PARRICIDIUM, ij, Parentis, vel cognati cædes. { παρπαλοια. GAL. Parricide; meurtre ou homicide de pere ou mere, ou autre parent. ITAL. Parricidio. GERM. Ein ermordung des vatters oder muter. HISP. Matança de padre d' madre. ANG. A killing of parentes. } quamvis etiam pro eo accipitur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciem sit machinatus. Cic. l. 3. Offic. potest enim, dij immortales, cuiquam esse utile fœdissimum & deterrimum parricidium Patriæ, quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur: Idem 3. de natur. deor. Sibi salutem, ut familiari pareret parricidio. Idem pro Cluent. in ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermisum videtur. Melius Parricidium.

PARRICIDIALIS, e, ad parricidam, vel parricidium pertinens.

PARRHISIJ, vide Parisij.

PARS, tis, à pari, aliquid de toto, Quod partes simul junctæ, partes, id est, æquales sint toti. { πλην chelek, μιγμοιογα. GAL. Part, portio, partie. ITA. Parte. GERM. Ein theil. HISP. La parte de algun todo entero. ANGL. A parte or portio. } Alij malunt partem dictam ab adverbio parum, eo quod pars sit quid parum, si quis totum respiciat. Dicuntur verò partes, in quas dividitur totum. Plaut. in Rud. Equidem neque ego partem posco mihi istinc de istoc vidulo. — Pars est sua laudis in illo, Ovid. 13. Metam. Callisto sacri pars fuit una tbori, idem 2. Fast. En ego dimidium voti, parsque altera vestri, idem

Idem 8. *Fast.*
Atque utinam pereant anima cum corpore nostra,
Effugiaturque avidos pars mea nulla rogos.

Idem *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*
Ab pereant partes qua nocere mihi.

Idem 4. *Fast.* Panem & partes olerum & carnis dare (in convivio Lamprid. in Severo. Quota quæque domus partibus suis constitit si integra fuit à lucu & orbitate. Senec. c. 14. de consol. ad Mart.
Parsque mea pœna socius instar erit.

Ovid. *Eleg. 2. lib. 5. Trist.*
En ego dimidium voti, parsque altera vestri.

Idem 8. *Fast.* Haud centesimam partem laudat Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Ecqua pars mihi in istac præda inest. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Vna pars orationis dabitur mihi. Item, Et meam partem loquendi, & tuam trade tibi. Idem *Asin. sc. 1. a. 3.* Neque partem inde (i. ex eo auro) tibi posces, neque furem excipies. Idem *Aul. sc. 6. a. 4.* I refer, dimidiam tecum potius partem. *Ibidem.*
Sed partem nostri criminis error habet.

Ovid. *Eleg. 5. lib. 5.* Pars bona montis ea est, idem 5. *Fast.*
Sed pars ex illis (piscibus) tum quoque viva fuit. (in glacie.)

Idem *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Partem rei familiaris in pecunia habere. Suet. in *Tib. c. 49.* ¶ Partem capere rei ministrandæ. Idem in *August. c. 37.* In partem vocari censuram plebs volebat. Idem 7. *ab Urb.* Minimè in partem erat liberi, aut simplicis animi. *Liv. lib. 6. decad. 4.* ab ea parte securus. Suet. in *Tib. cap. 11.*
Dividite (arma) & pars sit maior Diomedis in illis.

Ovid. 13. *Metam.* partes suas misit (de epulo) Sueton. in *Calig. cap. 18.* ¶ Partes pro zonis, *Tibull. lib. 4.*
Quinque in partes describitur orbis. (i. zonas.)

Idem *ibidem.*
Nulla nec exustus habitant animalia partes (sup. Mundi.
Tæque interiscto Mundi pars altera Sole,
Est huic adversa Solo pars altera nostro. (de zonis.)

¶ Item dicuntur Ab *læva*. X. ab dextra sua parte. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 2.* ¶ Pars Herculanæ. i. decima. Idem in *Trucul.* De mina una diminui modò quinque numos, mihi detraxi partem Herculanam, ubi numus est didrachma, i. minæ pars quinquagesima. ¶ In partem vocare, i. participem facere, partiarium admittere. Cic. *pro Cecin.* Itaque in partem mulieres vocatæ sunt. *Virg. in Æneid.*
ipsūque vocamus
In partem prædāmque lovem.

¶ Pars magna, idem quod bona pars, id est, multi, sic pars maior, id est plures: & pars maxima, plurimi. Cic. 1. *Offic.* Quæque maiori parti pulcherrima videntur, &c. Terent. in *prolog. Heaut.* Ni partem maximam existimarem scire vestrum, &c. Plaut. in *Most. sc. 2. a. 1.* Magna pas morem hunc sibi induxerunt, &c.
Tu pars desiderij maxima penè mei.

Ovid. *Eleg. 6. lib. 3. Trist.*
Inter quos pars ego magna fui.

Idem *Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Parte sui meliore durare (post mortem.) Senec. c. 2. de *consol. ad Polyb.* Maiorem partem (catum) videas valgis suaviis Plaut. *Mil. sc. 1. a. 2.* Maxima pars homines, pro hominum, dixit. Idem. *Capt. sc. 1. a. 2.* Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent. ¶ Pars multa, idem quod plerique. Horat. *Serm. satyr. 7.*
Pars multa nata non recta capeffens.

¶ Magna ex parte, pro plerumque. *Plin. l. 8. c. 54.* Itaque magna ex parte complectendo necant. Aliàs significat ut sonat. *Quint. l. 10. c. 1.* Ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit. ¶ Ex parte & in parte, aliquando pro partim usurpantur. *Quint. l. 6. c. 4.* Pisces ex parte adusti, & versati. Idem *l. 5. c. 7.* Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. In parte amanti, ut liceat hac potiri. (morx, alterius.) Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* Et, In partem nunc delude *Ibid. sc. 3. a. 3.*
Et mala vix vlla parte levanda levat.

Ovid. *Eleg. 4. lib. 3. Trist.* ¶ magnam partem pro magna ex parte dicunt probatissimi auctores linguæ Latinæ. Item Aliquam partem pro aliqua ex parte. Plaut. *Pseud. sc. ult. a. ult.* Non audes quæso aliquam partem mihi gratam facere hic argenti? ¶ Item partes pro pudendis hominis Ovid. *Fast. 4.*
Ab pereant partes qua nocere mihi.

(Pro sermone, Idem 5. *Fast.*
Distuleram partes mense priore tuas.

(i. sermonem de te.) Passer. ¶ Partes aliquas tenere, est per illam regionem iter habere. Cic. ad *Attic. lib. 3.* Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. ¶ Ponitur interdum Pars pro factione: sed hoc ferè in plurali numero. Idem *pro Quintio*, Erat (inquit) illarum partium. Idem 13. *Philip.* Tenuerunt partes Cæsar. Vnde dicitur, homo bonarum, aut malarum partium. Propriè partes populares sunt, factiones Senatus. *Salust. Jugurth. 85.* Cæterum nos partium popularium, & senatus factionum, ac deinde malarum artium, &c. E parte diversa (i. factione. Suet. in *Cæs. c. 29.* Et, alterius partis. Idem in *Tib. c. 11.* Quid fortiter quid honestè feceris bonas partes tecum tracta. Senec. *Epist. 76.* ¶ Dimittere in partes. *Velleius.* (Verbum militare) ¶ Pro sua quisque parte, id est, pro virili, *Liv. 6. ab Urb.* Illis gloriæ pars viridis apud omnes milites. Et Vatro apud Nonium, pro sua Parte ¶ Parte ablativus, ponitur aliquando, pro partim. Plaut. in *Rud.* Sed id si parte curavi, ut caverem, &c. Interdum geminatur. *Plin. lib. 37. c. 11.* Melichloron est geminus parte flavus, parte melleus. ¶ Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem est quod duplo plus. Cic. 5. *Verr.* Quid si duabus partibus doces te amplius frumenti abstulisse, quam populo Romano misisse? Sic. Multis partibus plures, pro multo plures. *Cel. Cic. lib. 3. Epist. famil.* Turpe tibi erit, Particula Curioni de cem pantheras misisse, te non multis partibus plures. *Cæf. lib. 3. de bell. civ.* Multis partibus Inferior exercitus. Et Suet. in *Cæs. c. 68.* Multis partibus pauciores. ¶ Pars aliquando pro initio sumitur. *Cel. Parsque sanitatis est vomitum esse suppressum. Virg. 7. Æneid.*
Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

¶ Pars in distributione pro aliis. *Salust. in Catil.* amicum alij, pars

hospitem, aut cognatum reperiebant. Sic sæpe alibi. Ponitur quandoque pro partim. Suetonius, Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominia dolore, ad omnem lætitiā, audaciāque processerunt. *Salust. in Jugurth. 26.* Capti ab Jugurtha, pars in crucem acti pars bestis obiecti sunt. ¶ Aliquando ponitur pro uxore. Plaut. *Men. sc. 2. a. 3.* Satur nunc loquitur de me, & de parte mea, Quod parti est, pro parte. Sic *Lucret. l. 6.* Ille ex æstifera parti venit amnis ab Austro. Et sæpe aliàs, Et Ovid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*
Dimidia certè parte superstes ero. (i. superstite uxore.)

Idem *Eleg. 2. lib. 4.*
Parvaque cuius eram pars ego nuper, Eques.

Idem *Eleg. ult. lib. 4.*
Dæque viris quondam pars tribus una fui.

¶ Item pro fratre, *ibid.* Frater perit, & cæpi parte carere mei. Item, & inter dilectos pars prima sodales. Idem *Eleg. 5. ibidem* (de sodali charissimo.) ¶ De litigatore, Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*
Dæque mea fassa est pars quoque victa fide.

Et *Quintil. Advers.* & diversa pars. Vide *infra.* ¶ Partes summas sibi vindicare. Suet. in *Aug. c. 16.* (i.) principatum. Idem in *Calig. c. 56.* Partes primas deposcere. (sub. exequenda coniuratione.) ¶ Prioris partes alicui tribuere, est cum pluris facere, & magis laudare. Prioris partes habere apud aliquem est plus apud illum posse, & plus auctoritatis apud aliquem obtinere. ¶ Dicimus etiam, Facere partes, id est totum in partes dividere. Cic. 2. *de Orat.* Quis Antonio permisit, ut & partes faceret, &c. ¶ Audire vtranque partem in litibus, est reo defensionis, ut accusatori actionis copiam facere. ¶ Pars diversa, vel adversa, idem quod adversarius. *Quintilian. l. 4. c. 1.* Partis adversæ patronus. Idem *lib. 5. c. 5.* A patronis diversæ partis inducuntur in laqueum. ¶ Partes primas agere, dicitur in Comædiis, qui sæpissimè prodit in scenam. *Ascon. Pædianus.* Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus, minusque. *Porphyr. in Horatium* autor est, primarum partium actorem omnia clarius, secundarum omnia submissius agere consuevisse. ¶ Quandoque etiam in plurali numero Partes pro officio poni consuetum est, ut *Meæ partes sunt, & Mearum partium est:* hoc est, meum officium est. Cic. 6. in *Verr.* Non sunt meæ partes id facere. Vnde etiam, *Alicuius partes desiderare,* est eius diligentiam postulare. Idem *Ad Atticum lib. 7.* Sin erit bellum, meæ partes non desiderabuntur. ¶ Hinc fit compositum *Expers, ἀμοιρος,* quod est sine parte. In optimam partem accipere, id est, boni consulere, & benè interpretari. Idem *ad Atticum lib. 13.* Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refert. Pro virili parte, id est, pro viribus. Ovid 5. *Trist. Eleg. 12.* ¶ Pars pro initio, eleganter sumitur. *Celsus,* Parsque sanitatis est vomitum esse suppressum. Sic *Virg. 7. Æneid.*
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Budæus.

Particula, æ, diminut. Parva pars. *ἡμεῖς. GAL. Parcelle, petite partie.* *ITAL. Particella. GERM. Ein klein theilstücklein. HISP. Partezilla. ANGL. A little part or portion.* ¶ Cic. 3. *Verr.* Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula, investigamus, redundarunt. Idem 2. *de nat. deor.* Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum, nullo modo perfectus, sed particula quædam perfecti. *Quint. l. 4. c. 5.* Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem.

Particularis, ε, πειρατός, partem continens, opponitur universali, & singulari.

Particulatim, adverb. Membratim, nominatim, per particulas. ἡμεῖς. GAL. Par parties, par parcelles, par le menu. ITA. Per parti, parte à parte. GERM. Theilhaftig sein/oder theilhaftig machen. HISP. De parte à parte. ANGL. Particularly, by every part and member. ¶ Autor ad *Herren. lib. 1.* Si summam non particulatim narrabimus. *Col. lib. 7. c. 5.* Nam particulatim facilius quàm universus convalescit. *Lucret. l. 3.* Lumina qui linguunt moribundi particulatim. *Particulatim pro Separatim* quod vulgò *Particulariter.* *Senec. Epist. 68.* Vota quædam aperta & professa sunt quæ particulatim fiunt.

Particus, negotiator, qui partes vendit, qui institor & agomanus dicitur, eo quod in diversa manus agat.

Particeps, ipis, omni.gen. qui partem caput. ἡμεῖς. GAL. Participans, qui à part. ITAL. Participe. GERM. Theilhaftig. HISP. Particero de parte. ANGL. A partaker or compacioner, a complice. ¶ Ter. in *Heaut.* Nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps. *Participem* facere alicuius rei alicuius, est ei communicare & rei partem tribuere. Plaut. in *Epid.* Gratiam habeo, fac particeps nos. Terent. in *Heaut.* Cuius maximè te fieri participem cupis. Sic Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 2.* Particeps meos præda onerabo, (i. commilitones. & in *Mostell. versu ult. sc. 3. a. 1.* Conveniunt manipulares, prædam petunt. ¶ Particeps consilij. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Neque tui consilij participem quemquam facis. Idem *Aul. sc. 3. a. 1.* Participem ego te & tu me, ut facias, &c. (de consilio & arcano.) Et *Aulul. sc. 1. a. 4.* Ut quæ fierent faceret particeps. *Cæf. 3. bell. civ.* Quos sui consilij particeps habebant. ¶ Particeps in periculis. *Curt. l. 6.* Quod fuisset illi in periculis particeps.

Participo, Partem tribuo, aut capio: sive participem facio, aut particeps fio. ἡμεῖς. GAL. Participer, estre participant. ITAL. Participare. GERM. Theilhaftig sein: oder theilhaftig machen. HISP. Participar en parte. ANGL. To give or tak part. Quum significat participem fieri, iungitur accusativo tantum *Gell. lib. 15. c. 2.* Si fortè ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit. Cic. 2. *Tusc. ex Poëta,* Qui alteri exitum parat, eum scire oportet sibi paratum, pestem ut participet partem. ¶ Quum significat participem facere, iungitur interdum genitivo cum accusativo. Plaut. in *Cistell.* Paternum servum sui participat consilij, id est, facit participem, vel servo consilium communicat. Interdum ablativo cum accusativo. Idem in *Mil. 2. a. 2.* Nam non potuit quin suo sermone aliquem familiarium participaverit de heri amica. Interdum accusativo & ablativo cum præpositione *Cum.* *Liv. 3. ab Urb.* Suas laudes participare cum Cæfione, memorare pugnas, &c.

Participatus, us, Iulius Capitolinus in *Maerino* ? Arripuit imperium filio Diadumeno in participatum ascito.

Participialis, *μετοχικός*. Diomedes *Grammat. lib. 1*. Vbiq; enim deficit Latinus sermo, ideo quia duo ablativi nominales sunt copulati, quod si unus participialis sit, non deficit Latinus sermo.

Participialis modus, id est, supinum. Diomedes *Gramm. l. 1*. Participialis modus verborum dictus est, quod eius verba sunt participiis per omnia similia: nec tamen participia sunt, ut legendi, legendo, legendum, lectum, lectu.

Participium, ij, pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quod partem capiat nominis & verbi, *μετοχή*. Hinc ab iisdem participalia, *μετοχικά*, nomina dicta Gerundia, quæ licet non sint participia, similia tamen participiis sunt. Nam quum à verbis derivetur more participiorum, habent etiam casus aliquot, quamvis non omnes, quos habent participia: nisi generaliter accipias gerundium, ut etiam complectaris nomen gerundivum: quemadmodum accipit Valla. Sic enim non modo casus habebunt quum sint mera nomina, verum etiam genera & numeros: sed admittunt regimen sui verbi. Gerundia enim proprie dicta habent post se eundem casum quem habent verba à quibus descendunt. Gerundiva autem nullum omnino habent casum: suntque voce omnino similia participiis futuri temporis. Differunt tamen significatione, quod Gerundiva, sive (ut idem Valla loquitur) gerundia rei administrationem significant sine tempore: ut tenet me occupatio iuris dicendi. Quo in loco *Dicendi* gerundium est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa verò tempus sine rei administratione, ut Tenet me cura dotis numeranda, participium est futuri temporis significativum sine rei administratione. Præterea gerundia duplicem significationem habent, participia unam tantum. Sed sciendum quod gerundia quæ sociata sunt substantivis, passivè accipiuntur; disiuncta verò modo activè, modo passivè quum sine præpositione, & sine genere in ablativo, & quasi absolute ponuntur. Quintil. Sed memoria excolendo, sicut omnia alia, augetur, id est, dum excolitur. V. g. Alitur vitium, crescitque tegendo, Idem, Agre fecitque medendo, & Vritque videndo *Fœmina*: hoc est, quum tegitur vitium, quum curatur æger, quum videtur fœmina. Salust. etiam gerundium accusativi casus passivè posuit, Pauca (inquit) supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustra magis magisque in aperto sint: id est, ut cognoscantur. Iuguntur & gerundia cum plurali numero, singulari voce. Plin. Quum illorem videndi gratia me in forum contulisse. Participium futuri temporis constructum cum verbo impersonali, & infinitivo verbi substantivi. Cels. lib. 3. cap. 4. Potest primo die, prius cibis dandus esse, potest secundo, &c.

Partim, adverbium. Ex parte, pro parte. *ἑκ μέρους* *mikiśhō* *ἢ ἰσὺς*, *ἢ ἰσὺς*, *ἢ ἰσὺς*. GAL. *En parte*. ITAL. *En parte*. GERM. *Sum theil*. HISP. *En alguna parte*. ANGL. *Partly*. Et fecit semper in oratione geminatur. Cicero *Calio lib. 3. Epist.* Ut eos partim scelus suorum, partim etiam ineptiarum pœneret. Aliquando non geminatur. Idem *de Amic.* Sed nihil est quod illi non prosequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus. Invenitur etiam quater repetitum. Idem *pro Cluent.* partim nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, &c. Aliquando Partim, teste Gell. l. 10. c. 13. & cap. 3. lib. 7. idem est quod partus, partim hominum, id est, pars hominum venit, sive quidam homines ex pluribus. Partim autem hoc in loco, adverbium est, neque in casus inclinatur, & genitivum regit. Interdum etiam adverbio partim, atque eius genitivo præponitur præpositio Cum, ut probat Gell. Catonis exemplo: ibi (inquit Cato) pro scorto fuit in cubiculam surreptitavit è convivio, cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro, cum quibusdam eorum, vel cum parte. Nonnunquam partim non geminatur, in priore orationis parte locatur, in posteriore alius. Salust. in *Jugurth.* Rursus Imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit: ille probare partim, alia abnuere. *Ibidem*. Huic rogationi partim consensit sibi, alij ex partim invidia pericula metuentes, &c. Et Gell. cap. 22. lib. 2. Carmen partim Græcæ linguæ, aliis Latinæ legi solitum erat.

Partio, is, & Partio, is, i, visum, futuro partiam, & partiar, & apud antiquos partibo, & partibor. Divido, communico, partes facio. *ἰσθῆ* *chillek*. *μερίσθω*, *μερίσθημι*. GAL. *Partir*, *depar*. ITAL. *Partire*, *dividere*. GERM. *Theilen*. HISP. *Partir en partes*. ANGL. *To part*, *or divide*. Salust. *Jugurth.* 87. provincias inter se partiverant. Plaut. in *Asin.* Hanc quam nactus sum prædam, cum illis partiam. Ovid. 5. *Fast.*

Quod mihi das, vis cælum partire duobus.

Et Plaut. *Amph.* Vos inter vos partite. Ego abeo (i. litem istam diimitte.) *Facit. lib. 18.* Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Cic. *pro Sil.* Neque hoc partienda invidiæ, sed communicanda laudis causa loquor. Idem in *Orat.* Genus univèrsum in species cestas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac dividet. Præter proprium accusativum habet aliquando ablativum cum præpositione Cum: aliquando alium accusativum cum præpositione, In, aliquando cum præpositione Inter. Virg. 11. *Æneid.*

Accum ex aequalibus unam

Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camilla,

Quicum partiri curas: atque hac ita fassetur.

Partiū honorem Cæli, 3. bell. civ. Cum Scipione honorem, partitur. Virg. *Æneid.* Socios partitur in omnes. Salust. in *Jugurth.* Provincias inter se partiverant. Ab his sunt composita Impertior, Dispartior, Bipertitus, Tripertitus, Quadripertitus, participia.

Partitio, nis, verb. Divisio, distributio. *ἰσθῆ* *macōlēketh*, *μερίσθω*. GAL. *Departement*, *division*. ITAL. *Partizione*, *divisione*. GERM. *Theilung*. HISP. *partimiento*, *obra de partir*. ANGL. *A parsing*, *or dividing*. Cic. 2. *de nat. deor.* Hæc si rectè memini, partitio fuit. Idem 1. *de Orat.* Græcos partitionem quandam artium fecisse video. Idem *pro Cecin.* Quum præterim pecunia ex partitione deberetur.

Partitio, Distributor. *ἰσθῆ* *mechallék*, *μερίσθω*. GAL. *Partisseur*. ITAL. *Chi divide*. GERM. *Ein theiler*. HISP. *Partidor*. ANGL. *He that divideth*, *or distributeth in partes*. Cicero. in *Vatin.* Quum te non cu-

stodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.

Partitè, Divisè. *ἰσθῆ*, *μερίσθω*. GAL. *Par parties*, *distinctione*. ITAL. *Per parti*, *distintamente*. GERM. *Zertheilen*, *mittheilen*. HISP. *En alguna parte*, *partitamente*. ANGL. *By partes*. Cic. in *Orat.* Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facere dicere, præsertim, &c.

Particulonès, dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonij sumunt, *συμμετοχοί*. Pomponius *Præcone posteriore*, Age modò Stagari, particulones producam tibi. Nonius.

Partiarius, ij, cum quo aliquid commune habemus, & partimur, *κοινωνός*. Ut partiarius colonus, qui certa fructuum parte agrum colit. Cato cap. 144. Vineam curandam partiario, bonè curet, fundum, arbustum, agrum frumentarium: partiario fœnum; & pabulum, quod bobus factis fiet, qui illic fiet: cætera omnia pro indiviso. Idem c. 16. Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit, & coquit. Et c. 136. Redemptorem partiarium dicit eum quem paulò antedixit colonum partiarium. Partiarius legatarius, cui pars bonorum legabatur, cum quo hæres hæreditatem partebatur. Sic partiaria pecora dicuntur, quæ ita pastori traduntur, ut fœtus eorum certis portionibus inter dominum & pastorem dividantur. Imp. in l. 8. *C. de past.*

Partiario, partitè. Apul. lib. 9. Planè cum uxore mea partiario tractabo.

Partialis, e. Partialia fata, quæ singulis partita, i. divisa sunt.

Partimonia, vide *Parco*.

Partio, *φειδωλία*. Gloss. Erit igitur actio parcendi.

Parthæon, pater Oenci regis Ætolia, apud lib. 9. *Metamorph. in princip.* Plaut. *Menach. sc. 1. a. 5.* Ego te simitu, novi cum Parthæone.

Parthenias, *παρθενιας*, natus ex ea, quæ Virgo putabatur, cum ducetur: aliter clam susceptus ex innupta.

Partheniopes, *παρθενιοπις*, qui virgines avidè inspectat.

PARTHENIUS: *παρθένιος*, mons Arcadia, teste Plin. lib. 4. c. 6. Ita diæta à virginibus, quæ in eo Veneri frequenter sacra facere solebant. Est & parthenius, *παρθένιος*, fluvius Paphlagonum. Ovid. lib. 4. *de Pont.*

Partheniusque rapax, & voluens saxa Cynapes.

Parthenius item, Poeta Nicæus, ut ait Suid. Elegiarum varique carminis scriptor: à Cinna in bello Mirhidatico captus, deinde ob illius ingenium manumissus. Eius meminit Gell. cap. 25. lib. 13. Vixit usque ad Tiberium Cæsarem, qui teste Sueton. tranquillo, in *Tiberio* c. 70. eius scriptis admodum delectabatur. Huius Parthenij locus Virgil. quandoque mutuatur, cuiusmodi est illud.

Glauco, & Panopea & Inoo *Melicerta*.

Autor Gellius. Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocatur Chous ex Homeri Poëtæ posteris. Scripsit versus in laudem patris Thestoris. Suid.

Parthênus, adiect ut Saltus Parthenij. Virg. 10. *Eclog.* Lustra Parthenia, apud Claudian. 2. *de rapt.*

Parthénium, *παρθένιον*. Herba est teste Ruellio, quam vulgus *matricariam* appellat, vel potius, ut Amato Lusitano, & aliis visum est, *Cotula foetida* vulgò dicta, quam ITAL. *Brusaculo*. GERM. *Eder chamel* oder *fröttendill*. GAL. *Cotula foetida*. HISP. *Magaca*. vocant. ANGL. *Fenerfew*. Descriptionem eius vide apud Dioscor. lib. 3. cap. 146. Est item Parthenion, teste Plinio, aliud herbæ genus, quod & perdicium, & helxine, & vrcolaris herba appellatur: nomine à Minerva deducto, quæ illam Pericli in somniis traditur ostendisse, quum verina illi charus de fastigio templi delapsus esset. Minervam enim Athenienses *ἡ ἰσθῆ*, *παρθένος* appellant. Vulgus *Parietariam* appellat, eo quod circa parietes præcipuè nascatur. Est & nomen duarum vibium. Eubœæ unius, Thraciæ alterius Steph.

Parthénopæus, *παρθένωπαιος*. Martis & Menalippes filius fuit, teste Servio, qui in bello Troiano periit. Virg. 6. *Æneid.*

Hic illi occurrit Teucus, hic inclutus armis

Parthénopæus, & Adraști pallentis imago.

Parthénopè, *παρθένωπη*. Vna Sirenum, quæ præ dolore, quod prætercuntem Ulyseum cum sociis in scopulos cantu pellicere non potuissent, in mare se præcipitaverunt. Harum alia alia in loca. Parthenope autem eò delata est ubi postea condita Neapolis est, præclara urbs Campaniæ, quæ ab eius nomine etiam Parthenope est appellata Neapolim autem postea dictam fuisse hanc urbem nonnulli putaverunt, quod ab Augusto sit instaurata: quod falsum tamen est. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Augustum annis claruit, Neapolis hæc urbs appellatur: & cives ipsi Neapolitani: quos scribit quotannis ad tumultum Parthenopes faces tulisse. Verisimilior est eorum opinio, qui hæc urbem à iuventute Cumana conditam tradunt, qui fortè quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperissent, nomen eius urbi indidere. Sed postquam loci ubertate, atque amœnitate maiorem in modum frequentari civitas cœpit, veriti ne Cumæ desererentur, dirucendi Parthenopem consilium inivere. Quo pacto, mox immensi pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, ut urbem instaurarent. Itaque subito restitutam, Neapolim, hoc est, novam vibem vocaverit. Hinc Parthenopæus, a, um, *παρθένωπαιος*. Et Parthenopeius sex syllabarum *παρθένωπηος*. Ovid. 14. *Metam.*

Hæc ubi præteritis & Parthenopeia dextra

Mœnia deseruit, &c. id est, Neapolitana.

Parthénopôlis, *παρθένωπόλις*. Oppidum Thraciæ teste Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat à filiabus Gerasti filij Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater ut eas ad civiliorum vitam traderet, civitatem hanc earum gratia condidit. Est item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum apud Plin. lib. 5. cap. 32.

Parthiā, *παρθωαία* Stephan. Regio Assyriæ, à qua Parthi. GERM. *Der Parther* Landtschafft in Assyria geldgen. *ἡ παρθωία*, *παρθωία*, *παρθωαία*. Fuit hæc olim gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit, unde & nomen accepit. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur: autor enim est Iustin. lib. 2. 2. ab exulibus Scythiarum, Parthorum imperium fuisse deductum. Horum regna duodeviginti fuisse testis est. Plin. lib. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios, à Meidic Carmaniam, ab Occi-